cum dicit hoc tempore ostēdit Cice. nolle disciplinaz stoicoz ita tenere/ ut alias reiciat / cum se academicū profiteret ¶ Volo inquit in presentia potissimū imitari stoicos/nec volo īpoz singula uerba īterpretari tanq̄ illoz secte addicto ⁊ discipline/sed id accipiā qđ mihi uidebit probabile/ut decet academicū Et utit pulcbra translatione. Locos enim graues ⁊ stoicoz opiniones appellat fontes/ex quibus vult haurire. i. accipere id quod probabile videbitur. ¶ Potissimū/maxime/q̄ nō relinquit disciplinā peripateticoz ⁊ academicoruz/ sed id accipit ubiq̄ quod cōuenit materie de qua scribit. ¶ In hac questione/inquisitione officii. ¶ Sequimur stoicos/segregando sc̄z rectum officiuz/quod ōnem habet perfectionem/ scribā inquit de mediis officiis/q̄ a stoicis/neq̄ in bonis neq̄ in malis ponebant: sed eē dicebant actiones de quibus reddi posset certa rō ut sunt hec officia q̄ litteris a Cicero ne māda. Nam Ceno recte fcā sola in bonis ponebat/peccata in malis / officia autem media putauit. Unde cuz Cicero intēdat rudes instituere ⁊ homines ea rōe/ qua uersant in societate ciuili/ ⁊ nō sunt prudentes/ dat pcepta officioz. i. actionum. de q̄bus possit reddi ratio: quare ita factū sit Ideo ait: seq̄mur stoicos in hac questione Nam imitat Panetiū stoicum: q̄ Aphricanum eruditit/nec sequutus est illam rigiditatē ⁊ seueritatē ueterū stoicoz: de quo ita scribit idez in libris de finibus. Itaq̄ homo imprimis ingenuus ⁊ grauis dignus illa familiaritate Scipionis ⁊ Lelii Panetius cum ad. Q. Tuberonē de dolore patiendo scriberet: quod eē caput decebat si probari posset/nunq̄ posuit non esse malum dolorez/ sed quid esset/ aut quale q̄tumq̄ ineset alieni. deinde que ratio esset perferendi/ cuius q̄dem quoniam stoicus fuit/sententia condemnata est. mihi videtur esse immanitas ista uerboruz. Cicero igitur sequitur stoicos accipiendo media officia ⁊ dicens solum honestum esse propter se expetendum/ in omnibus aliis ē fere totus peripateticus ⁊ platonicus/ in his potissimū que ad gubernationem ciuilē pertinent. Imitat enim Platonē/ cui palmā semp tribuit ¶ Nō ut interptes/ nō q̄ uelim inq̄t tāq̄ illoz discipline addictus interptari ad uerbū sententias eoz. i. latine expmere q̄quid illi grece scripserūt/ sed hauriam e fōtibus eoz q̄ pbabilia videbunt/ ut facere in alus operibus scribendis cōsueui. Et. enim ut supra dictū ē/ noluit sibi aliquā certā pscribere

disciplinã philosophorũ. sed ex õnibus id quod melius ꝛ probabilius vide
bat̃: elegit: oratorioꝙ ornatu cõplexus excoluit. ¶ Iudicio nrõ / iudicabo
inquit Cice. tanꝙ arbiter / nõ interpres q̃d ex opinionib9 stoicoꝝ tenẽdũ
sit. ꝛ sic laudat se dicens futuꝝ se iudicẽ ꝛ arbitꝝ stoicorũ. Interpres ad
verbũ exp̃mit id quod interpretat̃: nec aliquid addit aut minuit. hoc ẽ offi
cium fidi interpretis. Iudex ãt hẽt delectũ / ꝛ ea tenet q̃ probabilia uident̃
reiicitꝙ improbabilia
in quo delectu habẽdo opus ẽ iudicio / q̃d Ci.
se iã habere latenter glo
riat̃ / dicens se nolle fũ
gi in hoc interpretis of
ficio / sꝫ iudicis atꝙ ar
bitri / q̃d maius ẽ. Arbi
trium q̃ppe iudiciuꝫ ẽ
sed nõ õne iudiciũ ẽ ar
bitriũ. Iudiciũ enĩ rõne nitit̃ / arbitriũ etiã volũtate / pro q̃ ponit̃ aliq̃.
Iudex cĩ de iure solũ iudicare dẽt / ꝛ nõ trãsgredi limites rõis ꝛ prescripta
legũ. arbiter añt pro volũtate sua. Arbiter enĩ ꝓprie est iudex electꝰ ex cõ
sensu partiũ: vt pro sua uolũtate diiudicare / ꝛ oprimere possit controuer
sias. vt postea dicet de Labeone / qui datꝰ fuit arbiter Volanis ꝛ Neapo
litanis discep̃tatib9 de finib9 agroꝝ. Cicero igitur nõ ut ĩterpres / sed vt
arbiter / accipiet ex opiniõibus stoicorũ / q̃quid placuerit: et melius ꝛ pro
babilius iudicio arbitrioꝙ suo videbitur.

**vt solemus / e fontibus eoꝝ / iudicio ar
bitrioꝙ nostro / quantuꝫ quoquo modo
videbitur / hauriemus ;**

**Placet igit̃ (quoniã omnis dis
putatio de officio futura est) an
te definire quid sit officium.**

Placet igitur: prius q̃ de re disputare ĩcipiat / ut vitet̃ oĩs ãbiguitas
officiũ pri9 diuidit. inde definit. nã propõ ãbigua distinguẽda ẽ / ꝛ cũ
sum9 ĩ equiuocatõe / debem9 diuidere uocẽ eq̃ocã in sua significata. Diuisio
fit tripliciter. generis in species / vt aĩaliũ alia sunt rõnalia alia irrõnalia.
Totius in ptes / ut dom9 aliud ẽ tectũ / aliud parietũ / aliud partes. Vo
cis in significatões ꝓprias / ut canis significat aĩal latrabile / sidus celeste
canẽ marinũ. Et cũ fit diuisio noĩs p significatiões ꝓprias / eq̃ocatiõis
partitio nũcupat̃. Cũ orõ ãbigua in significatiões ꝓprias distribuitur /
discretio ãbiguitatis appellat̃ / quã greci ãpbibologiã dicũt ut ẽ illd. Ro
te eacidẽ Romanos vincere posse. Ergo cũ nomẽ plura significãs eq̃ocuꝫ
sit / ut inter eos q̃ ãbigunt cõueniat quid sit id de quo agit̃. distinguendũ ẽ
ꝛ officiũ ẽ nomẽ eq̃ocũ: nisi aliq̃d addat̃. Nã ẽ officiũ mediũ ꝛ perfectuꝫ
mediũ positũ ẽ in p̃ceptis / perfcm̃ siue rectũ ptinꝫ ad finẽ bonoꝝ. Bꝫ ĩ hoc
loco utit̃ Ci. diuisiõe generis in spẽs. officiũ. n. ẽ tãq̃ gen9 ꝛ duas hꝫ spẽs
diunctas. officiũ perfcm̃ ꝛ officiũ mediũ. Disputatur9 inq̃t sum de medio
officio siue cõi / q̃d tẽdit ad finẽ: ꝛ cadit sub p̃ceptis / q̃b9 vs9 vite ĩ oĩs par
tes ofirmat̃. Disputatio / subtilis ĩq̃sitio. ¶ Añ / q̃ inciptam9 disputare /

ut ōnis tollat' ābiguitas. ¶ Definire/patefacere quid sit officiū. Hā cum q̄rimus officiū/nō possumus scire quale sit/nisi prius quid sit cognouerimus. Vnde in secundo libro de finib9/cōfutaturus opinionem Epicuri de summo bono/definit uoluptatē/atq̄ necessariā eē diuisionē ꝛ definitionē rei. ōnis āt in querēdo/dicit/q̄ via quadā ꝛ rōe habet' orō prescribere pmū dēt/ut quibusdā in formulis ea res agat'/ut inter quos differit' cōueniat quid sit id de quo disserat'. ꝛ in Oratore hoc precipit dicēs ¶ Houerit primū vim/naturā:

quod a Panetio pretermissū esse miror.

genera uerboꝝ ꝛ simpliciū ꝛ copulatorū. Deinde quot mōis quodq̄ dicatur/qua rōe uerum falsumue sit. iudicet' quid efficiatur a quoq̄/qđ cuiq̄ cōsequens sit/quodq̄ contrariū:cūq̄ ābigue multa dicent'/quō quidq̄ eoruꝝ diuidi explanariq̄ oporteat. Explicāda igit' est verbis mēs nrā/atq̄ inuolute rei noticia definiendo aperienda est. Siquidē definitio est orō/ q̄ quid sit de quo agit' ostēdit q̄breuissime. Explicato genere cuiusq̄ rei/ videndum est q̄ sint eius generis siue forme siue partes. ut in eas tribuat'omnis orō. finitio/ut inquit Fabius est rei,pposite propa ꝛ dilucida ꝛ breuiter cōprehensa uerbis enunciatio. Disputatio proprie dialecticoꝝ ē/q̄ sub tiliter cū rōe formulisq̄ ōnia inquirūt ꝛ tractāt. Cice. ait in oratore/q̄q̄ aliud videt' orō eē/aliud disputatio/nec idē loqui eē/quod dicere. attamē utrunq̄ in differendo ē/disputādi rō ꝛ loquēdi dialecticoꝝ ē. oratorū āt dicendi ꝛ ornādi. ¶ Quod.s. definire quid sit officiū. Mirat' Cicero Panetium stoicum disputaturū de officiis pretermisisse officii definitionem. Sed pace Cicerō. dixerim/Panetius cū eēt stoic9/ne a dogmate discederet iure suo ꝛ diuisionē officii ꝛ finitionē omisit. cū apud Stoicos nulla essꝫ ambiguitas:de q̄bus officiis disputandū essꝫ/q̄m ut supra dictū ē ex correctione Zenonis officia media erāt inter honestū ꝛ viciuꝫ. Vnde cū dicerent se disputaturos de officiis / intelligebat' de officiis mediis ꝛ actōnib9 de quibus posset reddi certa rō. ꝛ Zeno nō virtutis vsuꝫ/ut Academici et peripatetici ipm habitū virtutis per se preclaꝫ eē dicebat ōmibusq̄ affectibus sapientē vacare voluit/quod negāt Peripatetici. non igit' opus erat tanq̄ vocē ambiguā definire officiū/cū apud Stoicos planuꝫ eēt officia de quibus dant' precepta eē media ꝛ neq̄ in bonis neq̄ in malis locari. perfectuꝫ autē officiū appellabant honestū/quod nō cadit sub preceptis. Catenēs stoicoꝝ dogma li. tercio de finibus: ex stoicoꝝ sententia ita loquitur Sed cum quod honestū sit id solū bonū eē dicamus/cōsentaneū tū est fungi officio/cū id officiū nec in bonis nec in malis ponam9. ē enim aliquid in his rebus probabile:ꝛ ita quidē ut ei9 rō reddi possit. Est autē officiū quod ita factū ē/ut eius facti probabilis rō reddi possit:ex quo intelligit' officium mediū quoddā eē/quod neq̄ in bonis ponatur/neq̄ in contrariis

quod rõne actũ erat/id officiũ appellabãt stoici. ¶Igitur non oportebat di uidere:finireq; officiũ quod p se clarũ erat ex stoicoꝝ disciplina ꝯ dogma te. Ergo cũ dicebant se daturos precepta de officiis:de mediis siue cõmu nibus sine ãbiguitate aliqua intelligebat'/ꝯ ideo rem per se claram nõ erat opus definitiõe patefacere. Omnis enim/ probat Cice. quare ¶Panetius debuerit officiũ definire/ut scz tolleret' õnis ambiguitas. ꝯ intelligeret' de quo disputandũ esset ꝯ q̃d cẽt istud officiuz ꝯ q̃ uis huic vbo subu ceretur. Omnis ĩstitutio/preceptio ꝯ proposituz de aliq̃ re agenda. A rõne/ naz scientia ut dicebat ¶Plato: non põt eẽ nisi in rõnibus/ qua de causa definitiones rerum probabat/ꝯ has ad õnia de quibꝫ disputabat' adhibebat. ¶Ideo dicit a rõne qua dialectici utunt'. nã nihil dicunt sine rõne quoꝝ propa est disputatio/nã dialectici argumẽtis/ꝯ q̃ rez notis ducibus utunt' ad ꝓbandũ ꝯ ad concludendũ id quod explanari volunt. õnis igit' orõ que uia quadã ꝯ rõne habet'/dẽt habere initiũ disputatiõis a definitione/ ut uitetur õnis ambiguitas. Definitio est patefactio rerum opertaꝝ/cuz q̃d quidq; sit aperit'. Et õnis bona definitio cõstat ex genere ꝯ differẽtijs/ut homo est animal rõnale. Et nihil carẽs genere ꝯ differentiis definit' pro prie/sz ita uerbis circũscribit'/ut cũ aliis cõe nõ sit/ꝯ intelligatur quid sit id quod eo mõ describit'. Res superiores nulla definitio complectit'/idcir co q̃ earuz superiora genera inueniri nõ possunt. Inferiores ut sunt indi uidua/ipe quoq; specificis differentiis carent/quocirca secludunt' etiã ipe a definitione. Medie res q̃ ꝯ habent genera:ꝯ de aliis vel de spẽbus vel ge neribus vel indiuiduis predicantur/sub definitiõe cadunt. Descriptione vtuntur oratores cum patefaciunt vim ꝯ proprietatẽ alicuius rei de qua dicunt. Latius enim uagantur/ꝯ pluribus verbis circũscribũt id quod vo lunt intelligi. ¶Partitio ẽ generis in proprios locos dispositio/ ut bonorũ alia sunt in animo alia in corpore/alia extra corpus.

Omnis enĩ q̃ a rõne suscipit' de aliqua re ĩstitutio/ dẽt a definitiõe proficisci: ut intelligat' quid sit id de quo disputatur.

¶ Diuisio officii.

Omnis de officio duplex ẽ q̃stio. Vnũ genꝰ est qd̃ pertiet ad finẽ

OMnis de officio duplex est q̃stio. Hec est diuisio officii/quam facit ante definitionẽ. Duplex est inq̃sitio de officio. Vnuz quippe officiũ est p̃mum ꝯ perfectũ in quo consistit summũ bonum/ ꝯ hoc officiũ ab habi tu iam parto ipius virtutis proficiscitur/ ꝯ nõ cadit nisi in sapientẽ. i. vir tute preditum ꝯ virum perfectũ. De hoc officio nõ dãtur precepta: qm̃ sa piens ipm exercet/q̃ nõ eget preceptis:immo põt ipe precepta tradere:cuz habeat iam perfectionẽ suam. Sed disputatur solum/an õnia officia:q̃ a

tali habitu uirtutis proficiscuntur/sint perfecta/ꝛ an una actio sit maior alta ꝛ prestabilior/ꝛ in qua magis summū bonū consistat. Est fortitudo ꝛ iusticia/queritꝫ in cuius istaꝝ duarū usu magis consistat summū bonum ꝛ dicetꝫ consistere in ipa iusticia/qm̄ est ad conseruationē humane societatis/ꝛ patet latiꝰ. Ista igitꝫ querere prudentis ē. de hoc officio nō est disputaturus. sed de officiis mediis in quibus homines se exercent anteqꝫ perueniant ad usuꝫ uirtutis Vnde prudētis ē habere delectū bonorū ꝛ malorū. ꝛ officiū prudentis est proponere finꝫ humanū/ꝛ inuenire ea q̄ sunt ad finem ꝛ considerare perfectionē officiorū inter se/constituere diudicareqꝫ in quo officiū illud extremuꝫ magis consistat. Nam quēadmōm quedā actiones q̄busdaꝫ aliis actionibꝰ prestabiliores sunt/ sic finis unius alio fine prestabilior est. Et finis ē pstabilior eo quod est ad finē. ꝛ cū plures sunt artes necesse est plures eē fines/ꝛ ut sese habent illa/quoꝝ sunt fines/ita sese habēt ipi fines/ꝛ illud propter quod est aliud/prestabilius est eo q̄ est illius grā. Prudentis igitꝫ ut dicebaꝫ/est habere hūc delectū/q̄ facit Cice. in libris de finibꝰ/in quibus disputat/ i quonā consistat finis bonoꝝ. Istud igitꝫ officiū perfectuꝫ in quo consistit finis bonoꝝ/omittetꝫ a Cicerone/qm̄ nō eget preceptis cum in se hēat ōnis numeros/ꝛ nō sit cōe sed a solo sapiente. i. uiro perfecto proficiscatꝫ ꝛ usu cumulate uirtutis.

bonoꝝ: alterū q̄ positū ē in p̄ceptis/ q bꝰ ī oīs ptes usus uite ꝯfirmari possit.

¶ Alteꝝ positum in p̄ceptis. hoc ē illud officiū de quo pōt reddi certa ratio cum actū est. nā ex sententia stoicoꝝ/ut dixi q̄ cuꝫ rōne agitꝫ officiuꝫ est. de hoc precepta tradunt/qm̄ nō proficiscitꝫ ab habitu uirtutis: ut illud perfectū. sed hoc precipe est etiā prudentis/cuius enim officiū est finē ultimū constituere. i. summū bonū/q̄ bonū ꝛ finis conuertuntur: ꝛ sic summū bonum ꝛ finis ultimꝰ: ꝛ quid agendū sit imperare eiusdem ē inuenire media quibus ad finē peruenitꝫ/ut sunt hec media officia quibꝰ hō instituitꝫ ad societatē ciuilē/q̄ cōia sunt ōnibus/de quibus Cicero disputaturꝰ ē/qm̄ nō sapientes q̄d eēt absurdū/sed rudes instituere cupit ꝛ ad sapientiam formare. Sed hec officia q̄q̄ videntꝫ cōparata ꝛ tradita ad institutionē vite cōis: tamen pertinent ad illū finē bonoꝝ ꝛ humanam felicitatē. Nā bis tādem officiis cōsequmur habitū uirtutis/in cuiꝰ usu ut uolūt pipatetici/siue habitu ut stoici/finis bonoꝝ. i. felicitas ꝯsistit. Istō dicit q̄q̄ ptinēt ad finē bonoꝝ/tm̄ id minꝰ apparet: qꝝ videntꝫ spectare magis ad institutionem vite cōis q̄ ad summū illud ꝛ extremū bonoꝝ. Prudētia ꝛ iusticia officiis constāt inq̄t Seneca/officia p̄ceptis disponuntur. Preterea ipm̄ de bonis malisq̄ iudiciū cōfirmatꝫ officioruꝫ executiōe ad quā precepta ducunt. ¶ Usus vite: exercitatio ꝛ modꝰ viuēdi. ¶ In oīs ptes/nā ut supra patuit/ nulla est vite pars q̄ debeat uacare officio. ꝛ hec

precepta vnicuiq; etati cõueniũt/quibus instituitur paraturq; vita hominis ad perfectum officiũ/quod pertinet ad finẽ bonoꝝ. ¶ Superioris generis:illius officii/quod pertinet ad finẽ bonoꝝ. Hã q̃rit prudens:an oĩa officia perfecta sint/ut si queret uter magis meret laudẽ fortitudinis/ille scz q̃ forti animo articularis morbi dolores ꝛ febrium estus ceteroscq; corporis cruciatus. an ille q̃ patitur dolores pro salute patrie/ profecto hic magis q̃ ille et hoc est maius officiuz fortitudinis q̃ ꝓmuz/ꝛ sic de similibus ¶ Sed ista iudicare prudẽtis ẽ. Et q̃ sũt generis eiusdẽ. i. q̃ sint similia inter se ꝛ talia. cognoscere ãt perfectionez officioꝝ prudentis est ꝛ Unde dicit Aristoteles ꝓmo ethicorum. Singula bene per propriã virtutẽ effici untur/q̃ cum ita sint/ fit ut bonũ humanum sit operatio aĩe per uirtutem. ꝛ si plures sint uirtutes per optimã ꝛ pfectissimã. iudicare añt quenã sit perfectissima/illiꝰ ẽ/qui vsuz habz virtutis ¶ Quoꝝ ãt officiorũ/quibus scz instituit vita cõis ꝛ societas inter se ordo est:ea. s. officia quoꝝ tradunt precepta q̃q̃ ptinent. ¶ Utq; pertineant/qm̃ hec officia tãdem ducũt ad illũ finẽ ¶ Minꝰ apparet. i. nõ videtur/qm̃ vident cõparata magis ad eruditionẽ vite cõis q̃ ad finẽ bonorum cõsequendũ sed reuera ad id ptinent/ꝛ id tãdez efficiũt. ¶ Vite cõis/ qm̃ mediũ officiũ cõe est õnibus/in quo q̃sq; põt uersari/ ideo ꝛ cõe officium dicit/in eo ãt in quo cõsistit finis solus ¶ Quã q̃ pertinent ad finem/q̃uis in his mediis etiã cõsistat finis ille si respicere volumꝰ ad habituz virtutis/q̃ talibus parat officiis:ꝛ p cõsequens finis bonoꝝ. sed q̃ in se hoc bẽant hec officia nõ apparet in prudentibꝰ/ q̃bus officia nõ ad id tradita vident/sed ad eruditionẽ cõem humane uite. ¶ De q̃bus/officiis mediis ꝛ cõibus de q̃bꝰ ꝑcepta tradunt ¶ Alia diuisio ẽ officii/facit aliã diuisionẽ officii Ci. sed idẽ dicit quod in supiori/licet aliis nõibus officii ipm appellet. idẽ. n. qõ ptinet ad finẽ bonoꝝ/ẽ pfectũ officiũ/ꝛ qõ ponit ĩ preceptis ẽ mediũ. Quoddã ẽ officiũ quod recte factũ appellat:ꝛ dicitur a grecis cathortoma. i. rectũ officiũ:pfectũ officiũ dicit rectũ/ꝛ rectũ pfm

Superioris generis huiusmõi exempla sunt. Omnia ne officia perfecta sint/nũ quid officiuz aliud alio maius sit:ꝛ que sũt generis eiusdẽ. Quoꝝ ãt officioꝝ precepta tradũt/ea q̃q̃ pertinẽt ad finẽ bonorũ: tñ id minꝰ apparet: qa magis ad institutionẽ vite cõis spectare vidẽt. de quibus ẽ nobis his libris explicãdũ Atq; etiã alia diuisio ẽ officii. Hã ꝛ medium quoddã officiuz dicit:ꝛ perfectum. Perfectũ autẽ officiũ rectũ opinor vocemus/quod greci appellant.

Cathortoma ſignificat rectū officiū ſiue rectā effectionē. ¶ Hoc .i. officiuz mediū appellāt/ alio noīe cōe/ qm̄ ōnib9 cōuenit/ perfectū vero ſolis ſapiē tibus. Officiū dicunt ſtoici id quod cū rōne fit. de quo p̄mus Zeno ſtoico rum princeps ſcripſit: qđ dicebat eē actionez naturalibus apparatib9 ꝑ priaz. Officia inquit Diogenes dicunt ea q̄ rō facienda ſuaſerit. ut parē tes honorare/ patriā tueri/ amicos parare/ illiſq; adeē. Officiū inquit Do nat9 dicitur q̄ efficiū ab efficiēdo/ quod vni cuiq; perſone conuenit grece dicitur cathicon ita enim Zeno primus actionē ſtudioſam ap pellauit ¶ Atq; ea/ offi cia media ⁊ perfecta.

Hoc āt cōe officiū vocāt. atq; ea ſic defi niūt: vt rectū qđ ſit/ id ꝑfectū officiū eſ ſe definiāt. mediū autē officiū id eſſe di cunt/ quod cur factum ſit/ ratio probabi lis reddi poſſit;

¶ Rō probabilis/ qm̄ quicqđ cū rōe fit/ offi cium uocatur a ſtoicis ⁊ cōtra officiū quicqđ rōni repugnat.

¶ Riplex igitur eſt (ut Panetio uide tur) cōſilii capiēdi deliberatio. Nā honeſtū ne factū ſit/ an tur pe dubitāt id qđ ī deliberatōez cadit. in quo cōſiderādo/ ſepe animi in cōtrarias ſententias diſtrahuntur. Tum autē aut

¶ Riplex eſt igitur. Panet9 quē Ci. imitat/ triplicem puta uit eē conſilii capiendi deliberationē. nā prius cōſultamus an ſit honeſtū id de quo futura eſt de liberatio. Inde an ſit utile. demū an aliqua repugnātia ſit inter utile ⁊ ho neſtum. ¶ Deliberatio/ prius inquirimus/ inde conſultamus/ poſtea eligi mus. Cōſultam9 de reb9 indeterminatis/ ⁊ q̄ poſſunt aliter ſe hēre/ ⁊ cōſul tamus de his reb9 agēdis q̄ in nrā ſunt ptāte. Nā cōſultatio uerſat in his q̄ plerūq; fieri poſſunt. cōſultamus nō de finib9: ſz de his q̄ ad fines ipos perducūt/ ōnis cōſultatio eſt inq̄ſitio/ ſed nō ōnis inquiſitio eſt cōſultatio quippe multa inquirim9 de q̄bus non cōſultamus. electio cum ratione eſt atq; mente/ quia preſupponit habitum aut bonum aut malū. bonum enim aut malum eligere poſſumus. eligibile illud eſt quod in conſultatione prefe rimus. omnis electio eſt conſultatio/ ſed non omnis conſultatio electio eſt Poſſumus enim aliquando cōſultare. ⁊ non eligere aut deliberare. ¶ Fac tum/ dum fit/ ⁊ ut fiat. ¶ Cadit in deliberationem. id eſt de quo homines ſolent conſultare ⁊ deliberare. ¶ Conſiderando/ diligenter inſpiciendo q̄d ſit honeſtum aut turpe. ¶ Diſtrahuntur/ in diuerſas ſententias trahuntur nam diſtrahi eſt in varias ſententias ⁊ occupationes trahi: ⁊ maxime re fertur ad animum. ¶ Contrarias/ inuicem oppoſitas. ¶ Tum autez inqui runt: hec eſt ſecunda pars qua queritur an ſit utile id quod eſt agendum.

¶ Inquirunt/subtiliter inuestigant ꝛ cõsultant. ¶ Cõmoditatẽ/utilitatez lucra. ¶ Iucunditatẽ/oblectationem animi/ut eligere theatra/celebrare ludos/porticus ad tẽpus extruere/nemora excolere ꝛ cetera id genꝰ. ¶ Ad facultates rerum/habundãciam ꝛ rerũ possibilitatẽ. ¶ Facultas est ea vis ꝛ potentia qua facere ꝛ agere possumus. ¶ Copias/reꝝ affluentiã. Copia iterũ significat multitudinẽ minorẽ in exercitu. Sic apud Virgi. Que sit me cicrũ copia lustro. Copie totum exercitũ. Vnde in aciem copias eduxit Liuius inquit. ꝛ copia siue copie significant rerũ habundantiam. ¶ Opes / q̃ sunt ad superfluitatem. Vnde diuitijs vtimur: opibus colimur. Ideo scribit in Celio: deinde cetere res q̃ expetunt / opportũe sunt singule rebus fere singulis / diuitie ut utare: opes vt colare/honores vt laudare/voluptates vt gaudeas ¶ Ad potentiaz. ut sint potentes ꝛ factiosi ac principes in ciuitate/ ꝛ ut habeant magnã clientelã: ꝛ ea õnia quibꝰ se ꝛ suos defendant/ut vult natura/illos enim tueri debent. ¶ Conducat: utile sit. ¶ In rõnem utilitatis/nã hec õnia ad utilitatẽ spectant/ꝛ tendunt. ¶ Cadit/ uenit ꝛ continet utilitatem de qua consultat. ¶ Terciũ/hec est tercia pars/ꝛ rõ dubitandi in ipis deliberationibꝰ. ¶ Id quod videt utile/ videt dixit/cũ reuera nihil sit utile quod nõ honestũ/ꝛ sic õne honestũ est utile: cõuertunt ista maxie stoicoꝝ sententia/qui nil censebant utile nisi quod eẽt honestati cõiunctuz cum aliquid ꝑma facie apparet utile uidet ãteponendũ honesto. Vnde oritur dubitatio in considerando deliberandoq; ¶ Rapere/ꝑ vim ꝛ quodam appetitu. Nã rapere est aliena per vim auferre/ inde raptores. rapit ergo utilitas reuocat honestas. ¶ Reuocare/ad se retrabere. naz reuocamꝰ rem tanq; nostrã. ¶ Distrahat/ in diuersas sententias ꝛ opiniones trahatur. ¶ In deliberando/post scz inquisitionẽ ꝛ consultationem. ¶ Ancipitem/ lubricam dubiã ꝛ variã. Utilitatis enim specie inspecta rapimur appetitu/reuocamur ãt rõne ad ipaz honestatẽ/ꝛ sic in ãbiguo sumꝰ q̃d seq̃mur. Appetitꝰ.n. recte rõni nõ parẽs appetit utile. Rõ ãt honestũ/ q̃d ẽ maxime e natura/que honestum amat/ꝛ utili/quod vacet honesto (si utilitas sine

inquirũt aut cõsultãt ad vite cõmoditatez iucũditatẽq; / ad facultates rerũ atq; copias / ad opes / ad potẽtiã / qbꝰ ꝛ se possint iuuare ꝛ suos: cõducat id nec ne / de quo deliberãt. q̃ deliberatio ois in rõnez utilitatis cadit. Terciũ dubitãdi genus est: cum pugnare videtur cuz honesto id qd̃ videt vtile. Cuz enĩ vtilitas ad se rapere / honestas cõtra reuocare ad se videtur: fit vt distrahat deliberãdo animꝰ. afferatq; ancipitem curam cogitandi.

honestate dici põt) aduersat' ꝛ odit. ¶ Hac diuisiõe/reprehẽdit Cice. Panetium in diuisione/quã ille fecerat in triplici deliberatiõe cõsilii capiẽdi/ in qua duo (ut ipe ait) pretermissa sunt: cum maximũ viciũ sit in diuisiõe aliquid preterire/quippe nõ solum deliberam⁹ an aliquid honestũ sit/ sed duobus propositis honestis/utꝛ sit honestius/ꝛ sic de utili/ne aliquid in diuisione ptermittat'. Ait certe (pace Cice. dixerim) nõ decebat Panetium

Hac diuisiõe (cũ preterire aliquid maximuꝫ viciuꝫ in diuidendo sit) duo preter missa sunt. Nec enĩ solum vtrũ honestũ an turpe sit deliberari solet: sed etiã duobus propositis honestis/utrũ honestiꝰ. Itẽꝫ duobus propositis vtilibus/ vtrũ vtilius. Ita quã ille triplicẽ putauit esse rationem/ in quinꝫ partes distribui

stoicũ dare gradus in ipo honesto aut vtili/ cũ sentẽtia stoicoꝝ/ honestum quod ẽ solũ bonum nõ crescat. Vnde dicit Cato apud eũdez in libris de finib⁹. Hoc aũt ipm bonuꝫ non accessione neꝫ crescendo/ aut cuꝫ ceteris cõparãdo/sed ꝓpria vi sua et sentimus ꝛ appellamus bonum/ ꝛ paulopost. Tuẽda est hec sentẽtia maxime stoicis/qui nihil aliud in bonoꝝ numero nisi honestũ eẽ voluerũt ꝛ dicebant id solũ eẽ bonũ quod eẽt honestũ: nec/ut dixi/dabãt gradus/sꝫ dicebant/parua est ut magna culpa ꝛ õnia pcã sunt paria. Ideo nõ oportebat neꝫ decebat uiruꝫ stoice professionis dare gradus in honesto/sed iure an iniuria Cicero reprehenderit Panetiũ: ipe viderit. ꝛ ego doctioribus dispiciendũ cõsiderandũqꝫ relinquo. ¶ Cum preterire aliq̃d/ nã in diuisione a genere generalissimo ad spẽs specialissimas descendendũ ẽ/ ꝛ nihil relinquendũ. Vnde a generalissimis ad spãlissima descendentẽ iubet Plato quiescere. Si panetius nõ fuisset stoicus/ viciũ profecto in hac diuisiõe cõmisisset nõ descendẽdo usqꝫ ad individua/ qđ fecisset Plato ꝛ Aristoteles eorũqꝫ familie/nã dabant in his rebus gradus. Plato enim quod in phia inchoatũ erat neꝫ perfectũ progressionẽ quãdam ad virtutẽ appellabat: qđ nõ dixissent stoici/quod ãt erat absolutũ/id virtutem Plato dicebat. Stoici uero dicẽtes õnia pcã eẽ paria/eos q̃ natura doctrinaqꝫ ad virtutem longe processissent/nisi eã plane adepti eẽnt/summe miseros eẽ dicebãt neꝫ inter ipoꝝ vitã ꝛ improbissimoꝝ quicqꝫ õnino intereẽ/ut Plato tãꝰ ille vir ꝓmus philosoph⁹ si perfecte sapiẽs nõ fuerit/nihilo melius q̃ qui nis improbissimus nec beatius vixerit. Sed hoc bona venia Ciceroꝰ dictum sit/q̃ forte aliq̃ alia rõe mouebat'/q̃ me fugit/ ꝛ ideo in hoc nec auda culus eẽ volo nec ptinax. ¶ Vtrũ honestiꝰ. i. an altezꝝ de duob⁹ honestiꝰ sit/cũ duo proponant' honesta iudicãdũ ẽ/utrũ illoꝝ sit honestiꝰ. ¶ Rõez

mõm cõsilii capiendi. ¶ Triplicẽ: tripliciter diuidendaz/ nã in tres partes diuisit consilii capiendi deliberationẽ. ¶ Primũ igit̃/facit auditorẽ attẽtum ꝛ docilẽ/proponẽs cũ deliberatiõe expositione diuisioneq; quo ordine singula tractare intendat sic poete faciũt in suis propõnibus maximis Docilem inquit Fabius sine dubio/ꝛ hec ipa prestat attentio. sed ꝛ illud si breuiter ꝛ dilucide summã rei de qua cognoscere debet auditor indicaue rim9/qõ Homer9 atq; Virgilius operũ suorũ pricipiis faciunt. nam istius rei mod9 ẽ/ vt ꝓpositioni similior sit q̃ expositiõi/ nec quõ q̃d q; sit actũ: sed de quib9 dictur9 sit orator ostẽdat. ¶ De honesto q̃ facit in primo libro/in cui9 calce dicit de duobus honestis: utq; honestius. ꝛ pari rõe de vtili agit in secũdo volumine. ¶ De cõparatione/hoc facit in ultimo.

Principio generi animantium omni est a natura tributum: vt se vitam corpusq; tueatur: debere reperitur. Primuz est igitur de honesto sz dupliciter/ tũ pari rõne de vtili/ post de comparatione eoz differendus; ¶ Honestum a natura inuestigat/ cuius semia hominibus igenita sunt.

Principio. Incipit tractatus in quo ut ostendat honestũ eẽ secundum naturaz/ꝛ nos hẽre semina virtutis ꝛ quosdã igniculos a natura datos/eũdem ordinẽ sequit̃/ quẽ in libris de finib9 licet illic de dogmate tñ agat̃/hic ãt de dogmate ꝛ preceptis. Illic dicit petendã eẽ originẽ summi boni ab ipa natura/ꝛ ut facilius ꝛ dilucidius inueniat quid nature hominis aptissimũ sit/ponit ꝓma nature/ꝛ ea q̃ õnibus animalibus cõmuni lege cõpetunt. Inde ponit differentiã inter beluã q̃ tñ sensu mouet̃/ ꝛ hominem q̃ habet rõnem. i. intellectũ/q̃ tãdem efficit̃ in ipis studiosis recta rõ/id est prudentia/qua homo differt ab homine. Vnde cum pulchz sit hominem differre a bestiis rõne/q̃to pulchrius est recta rõne. i. prudentia hominem homini antecellere: ꝛ sic scrutando paulatiz naturã humanã inuesti gat principia virtutũ/ex quibus conflat̃ illud honestũ de quo erit dispu tandum/ꝛ ostendit ĩnata nobis eẽ semina honesti officiorũq;. Seneca etiã dicit: insita sunt nobis õnium artiũ semina: magisterq; ex occulto deus producit ingenia. ꝛ alibi dicit. Dociles natura nos edidit/ꝛ rõnez dedit imperfectam/sed q̃ perfici possit. ¶ Principio/ꝓmuz õnium natura hoc tribuit õnibus animantib9 ¶ Omni generi animantiũ/tã rõnalium q̃ irrõnaliũ ¶ Tributũ/cõcessum liberalitate quadã nature cõmunis parentis. Tribuimus liberalius q̃ demus. Vnde natura optima parens hoc tribuit õnib9 animãtibus ¶ Tueat̃/defendat qm̃ õne animal seipm̃ diligit/ꝛ se in optimo sui generis statu conseruare cupit: ita tribuente natura. ¶ Se: accipit

tanꝯ genus/ꝛ postea distinguit in vitā ꝛ corpus ¶ Vitaꝫ/ne mors inferatur/quā ōne animal fugit tāꝯ vltimū quodā ōnium terribiliū. Quod experiēna patet. nā vnūquodꝯ animal duce nature vitat mortē:ꝛ se defēdit. Euolant e nidis auicule ꝛ latebras querunt rapi timentes. Hā ꝛ mergunt sese emergunteꝯ anaticule. ¶ Vituli/boues/ꝛ cetera id genus cornibꝰ vtunt̄ ꝛ calcibus. Apes vespe ceteraꝯ insecta aculeis. Aquatilia etiā id fugiunt. Omne denicꝯ animatum ¶ Corpus/ne aliquo detrimento afficiat̄: ut frigore ꝛ alijs q̄ corpori molestias afferunt. ꝛ singulis etiaꝫ partibus ipius corporis/q̄ per se care sunt/quod ōnis suas partes integras habere cupit. ¶ Declinet/vitꝫ ꝛ fugiat. declinare proprie ē motu corporis ꝛ gestu aliqd vitare. ¶ Paret declīetꝯ ea que ei nocitura vidēt̄. queꝯ sint ad viuēdū necessaria inquirat/ꝛ paret. vt pastū/ vt latibula/ ꝛ alia eiusdeꝫ generis. Cōmune aūt animātiū ōniū ē cōiūctionis appetitus/ procreādi causa. ꝛ cura eorū que procreata sūt. Sed iter hominē ꝛ beluā hoc marīe itereſt: ꝙ hec tātum quātū sēsu mouet̄ ad id solū quod adest/qdꝯ p̄sēs ē se accōmodat/paulum acquirat. ¶ Vt pastū/cibū vixit/nō potū:qm̄ satis est fluuius ꝛ aq̄ q̄ passim fluit/ad potū. ¶ Latibula/latebras in quibꝰ lateat declinās cōtrariū ꝛ aliquod detrimētū. ¶ Alia eiusdē generis/ q̄ sunt his similia ꝛ necessaria ad tuendā vitam/qd vnūquodꝯ animal facit duce natura. ¶ Cōe autez/ dicit nunc cōe ē ōnibus animalibus creare sibi simile in spē. ¶ Coniunc tōnis/copulatōis. Hā ius naturale ē quod natura docuit ōnia aīalia. Hā ius quo inquit Justinianus:nō solū humani generis ꝓpriū ē/sed ōnium animaliū q̄ in celo q̄ in mari q̄ in terra nascunt̄:a quo descendūt matrimonia/liberoꝝ procreatiōes/educatiōes ¶ Et cura q̄dam eoꝝ/neꝯ enim ut inquit Cato/hec inter se cōgruere possent/ut natura ꝛ procreari uellet/ꝛ diligi procreatos nō curaret. atꝯ etiā in bestiis vis nature perspici pōt. quaꝝ in fetu ꝛ in educatiōe laborē cum cernim9/nature ipius vocez audimus. ¶ Sed inter hominē ꝛ beluā/posuit hacten9 ea q̄ ōnibus aīalibus cōpetūt iure naturali. Hūc pōit drām q̄ ē inter boiem ptcipē rōnis/ꝛ beluā rōnis expertē. Hō quippe mentē hz agentē ꝛ cōtēplatricē/ ēꝯ aīal p̄stabilissimū oim aīaliū ¶ Sēsu: visu gustu auditu odoratu ꝛ tactu. nā belua si rē vidz mouetur/ꝛ ad illā ꝓperat/ꝛ sequit̄ odorē/nō p se sz p accidēs. Hā canis in uestigās leporē odore:cū ꝑmū assequit̄ ferā/dimittit odorē/ꝛ nō hz rōnez nisi ꝙ sensibꝰ exterioribꝰ mouet̄. ¶ Adest/qd nō lōge abest/illud dicit̄ ad esse/qd paulopost futuꝫ ē/aut quod aduētat/sed p̄s ē id qd iā uenit. Dicimus adest Scipio/cū videt̄ ad nos pergēs ¶ Paulum sentiēs preteritū

aut futuꝝ qz nō bz pfcām memoriā ꝛ reminiſcētiā/ut bō.nec bz prudētiā/q̄ futura ex p̄teritis ꝓuidem9/q̄ tria faciūt hominē ancellere beluis infinito interuallo. ¶ Nō āt/deſcripta beluaꝝ natura tranſit ad naturaz hominis ut inueniat igniculos virtutis a natura datos/ ꝛ quid nature humane cō ſentaneū ſit. eēt quidē abſurdiſſimū ſi bō diuinū animal nō hēret naturaz q̄ a ceteris differret. ¶ Rōnis/intellect9 bō differt a beſtiis rōe:q̄ ē in ipo quodā diuinū ¶ Per quā. rōnem ꝛ rectā rō nem.i. prudentiā ꝛ uir tutem/q̄ nil aliud ē niſi pfecta rō. Rō perfcā in quit Bene. propriū bo minis bonuz eſt/cetera illi cuz animalib9 cōia ſunt. ¶ Cernit cōſequē tia/hoc prudētie pro pium ē futura ex preteri tis prouidere. naz pro uidentia ē qua futurū aliquid uidet. Vnde idem Cicero ſcribit in dialogo de legib9. Sic ingenii aciem ad bona deligenda ꝛ reiicienda cōtraria/q̄ uirt9 ex prouidēdo ē ap pellata prudentia quid eo dici aut cogitari poterit beatius? ¶ Vnde p pru dentiam. i. rām rōnem poſſum9 cōſequentia cernere. ¶ Conſequētia/ea q̄ cōſequunt. ¶ Cauſas reꝝ videt. i. cognoſcit cauſas rerū ꝛ effect9 cauſaꝝ atq̄ res per cauſas ſuas. ¶ Progreſſus/futuros exitus quō res progredi antur: ꝛ quo tendant ¶ Quaſi anteceſſiones tanq̄ ea que āteceſſerūt. bō prudēs cognoſcit futura per cauſas effectrices ꝛ ſigna tanq̄ ea q̄ fuerunt ꝛ hoc facit intellectus ꝛ obſeruatio rerū que ſunt ꝛ accidunt in vita huma na. ¶ Similitudines cōparat. Naz prudens cum videt aliqua ſigna cog noſcit quid futuꝝ ſit propter longā reꝝ experientiā ꝛ obſeruationē cōpa rando cū aliis ſignis/que preceſſerūt/poſt q̄ accidit aliquid magni. Ideo canit Lucanus aliquos cognouiſſe ꝛ prouidiſſe bellū ciuile futurū ex ſig nis que fuerāt etiā tēpore Marii quo tāti mot9 in rempu. fuerunt ꝛ ideo ſubiungit:reb9 preſentibus adnectit futura. i. futura ex preteritis proui det. quod propriuz ē hominis habentis rectā rōnem. ¶ Adiungit:cogitati one ſcz ꝛ quadā directione rōnis ad ueritatē indito ꝛ ingenito acumine. plus eſt adnectere q̄ adiūgere. adiungim9 rem ſeparatā adnectimus con iunctaz quēadmōm pānum filo adnectim9. ¶ Curſuz vite. i. animo ꝛ pru dentia cōplectit ōnem vite cōſequentis ſtatū ¶ Videt/oculo ſcz mētis. i. habilitate naturali quā habet ꝛ ſolertia. habilitas ē diſpoſitio qua bō ope ratur / ꝛ anima ſecūdū corporis inſtrumentū. ꝛ ē quedā habilitas nature

admōm ſentiens preteritū aut futuruz. Homo autē qui rōnis eſt particeps/ per quā cōſequentia cernit/cauſas reruz vi det. earūq̄ progreſſus ꝛ quaſi āteceſſiōes non ignorat. ſimilitudines cōparat. re buſq̄ preſentibus adiūgit atq̄ annectit futuras. facile totius vite curſū videt /

nō industria nrā cōparata sed ĩnata nobis. hec habilitas nō respicit ullā aliaz virtutē preter prudentiā ꝛ appellat oculus anime naturalis/cui ipa prudentia impmit/ut virtus ipius oculi. ideo prudētia opponit stulticie qz stultus nō habet illā habilitatē ut sit prudens. ꝛ hec habilitas habet habitus bonos ꝛ malos. bonus habitus prudētia ē. malus vero malicia dicitur/q̄ est pars vicii ꝛ astutia vafritas calliditas. ꝛ malicia in ordine conuenit cū prudentia/sed peccat in bono fine cō stituendo. Malicios⁹ enim proponit malū finem: ꝛ inuenit ōnia media que mala sunt tendētia ad illū finē. Prudens vero bonum finez cōstituit/ ꝛ per media cōiuncta honestati ad illū pergit. ē igit habilitas prudentia naturalis/ cuius cōtrariū dicitur malicia.

ad eāq̄ degenda3 p̄parat res necessarias. Eadēq̄ natura vi rōnis hominē cōciliat homini: ꝛ ad oz̄ōnis ꝛ ad vite societatē. Ingeneratq̄ ip̄rimis p̄cipuū quēdam amoz̄ē in eos qui p̄ocreati sūt. impellitq̄ vt boīum cetus ꝛ celebz̄ari iter se ꝛ sibi obedire velit / ob easq̄ causas studeat parare ea que suppetitent ad cultuz

Degendam/sustentandā cū rōne. vnde vitam degere ē prudenter ꝛ e natura viuere. Eademq̄ natura vi rationis/potentia intellectus. Sic apparet a natura ipa inq̄t Cato apud eūdem in libris de finib⁹ nos ipelli/ut eos quos genuerimus amem⁹/ ꝛ ex hoc nascit ut etiā cōis hominū inter homines naturalis sit ōmēdatio: ut oporteat hominē ab homine ob id ipm q̄ hō sit nō alienū videri. hō est aīal sociabile p naturā/q̄ boīes cōiunxit. Vnde cōgregatio hominū ciuitas appellata ē/que natura ostat nō necessitate ut vult Aristoteles in libris de repu. qm̄ natura ipa vult ꝛ iubet ut boīes ita congregent. nā cū cetera animalia cōiunctionē iter se habeāt naturaliter/multo magis homines habere debēt / cū sint natura apti ad cetus concilia ciuitates/ ꝛ mundus sit tanq̄ cōis ciuitas/ cuius singuli homines partes sunt ꝛ ciues. Vnde illud natura consequi dēt/ut cōem utilitatē nostre ātepona mus. Igit illa vox inhumana (ut inquit Cicero) ꝛ scelerata dicit eoz qui negant se recusare quo minus ip̄is mortuis terraꝝ oīm deflagratio cōseqūtur. Drōnis/colloquii. Ingenerat.in ipa generatōe inserit. Imprimis maxīe ꝛ añ ōnia. Precipuū/maximū ꝛ singularē/precipu⁹ sigīficat preter cetera/natura vult ut filios p̄cipue amem⁹. i. supra ceteros. In eos: erga eos q̄ ex nobis nati sunt. Celebrari/frequētari ꝛ coli. Cet⁹/cōgregatiōes boīm/quas ciuitates appellauerūt. Obedire/ ut alter alteri obediat p cōi utilitate sine aliq̄ discordia. Ob eas cās. s. supradcās: qz vita degēda ē: ꝛ filii p̄creādi alēdiq̄/ ꝛ cet⁹ frequentādi. Suppetitēt:

habunde sufficiāt. suppeto ē uerbū neutr̄ / ꝛ sic suppetito eius frequentatiū ¶ Ad cultū ornatū corporis ꝛ ea q̄ ad victū necessaria sunt ¶ Nec sibi soli / qm̄ impellimur a natura / ut alibi scribit Cicero / ut p̄odesse velim⁹ q̄plurimis / iprimisq; docēdo rōnibusq; prudētie tradendis. Atq; ut tauris natura datū ē / ut pro vitulis cōtra leones summa vi impetuq; contendant / sic hi q̄ valent opibus: atq; id facere possunt (ut de Hercule ac Libero accepimus) ad seruandū genus humanū natura incitant. Minime aūt cōuenit / cū ipi iter nos neglecti abiecti q; simꝰ postulare ut deo īmortales simus cari ꝛ ab eo diligamur. Inter nos inquit natura cōiuncti sociatiq; sumꝰ ad ciuilē cōitatem / quod ni ita se haberet / nec iusticie ullus eēt nec bonitatis locꝰ. Unde inuehit Plinius in mortales / q̄ nature benignitate abutunt. Cetera animātia inquit in suo genere probe degunt / cōgregari videmus ꝛ stare cōtra dissimilia / leonū feritas inter se non dimicat. Serpentiū morsus nō petit serpens / nec maris q̄dez belue ac pisces nisi in diuersa genera seuiūt / at Hercule homini plurima ex homine sunt mala. Seneca dicit Tuta est inter feras similitudo moꝝ. ¶ Que cura / tuēdi se ꝛ suos / ut vult iusticia. ¶ Excitat: erigit ꝛ excitat pene sopitos / quoꝝ principia tm̄ a natura sint / quibꝰ vtit hō tanq; dormiens ꝛ nōdum plane vim nature cognoscens atq; intelligens / sed rō eū excitat ꝛ maiorē facit ad rez agendā / hec sunt semina iusticie tributa hominibꝰ a natura. Omniū honestarum rerū semina inquit Seneca animi gerūt / q̄ āmonitiōe excitant / non aliter q̄ scintilla flatu leui adiuta ignē suuz explicat. ¶ Imprimisq; hominis est. Hunc de prudentie seminibꝰ atq; igniculis agit. ¶ Imprimis / potissimum ꝛ preter cetera animātia hoc homini a natura tributū est in ipso ortu. ¶ Inquisitio ueri / Cicero cōfuse loquit de prudētia ꝛ sapiētia q̄ est habitus p̄stabilissimus circa res cōtemplandas / prudētia vero circa agēdas. est enim quedā in ipis rectitudo / hec ōnia sapiens prospicit / sed prudens nō statim cognoscit ea q̄ sapientie obiciunt: ꝛ multi fuerūt sapiētes qm̄ rez naturaliū ꝛ supnaturaliū cognitōez hēbāt ſz nō prudētes / qm̄ i rebꝰ agēdis nec suis cōmodis nec alienis cōsulere sciebāt. Un̄ dicit Ci. alibi Anaxagorā dicim⁹ sapiētē / qm̄ rez prestātissimaz cognitōnē habuit prudentē minīe / qm̄ nec suis cōmodis nec alienis cōsuluit. ¶ Inq̄sitio / p̄prie aī ē ꝛ ueri inq̄sitio ē peculiaris ipius hois / cetera q̄ppe aīalia hoc nō hnt ut q̄ quez sit i rebꝰ hūanis ꝛ etiā naturalibꝰ ꝛ diuinis scire aut inq̄rere possint. ¶ Inq̄sitio. ſ. p se nemine extrinsecꝰ cogēte / qm̄ natura impellimur ad

ꝛ adictū. nec sibi soli: sed ꝯiugi / liberis ceteriſq; quos caros habeat / tueriq; debeat. Que cura exsuscitat etiaz animos: et maiores ad rem gerendam facit. Imprimisq; hois est p̄pria veri inq̄sitio atq;

veritatē inquirendā. ¶ Inuestigatio/diligēs indagatio. qm̄ inuestigare est diligenter q̄i p uestigia inq̄rere. Innatū ē hoc hominib9 vt ueritatē inquirant/ꝛ si p se nō possunt illā inuenire. cōsulant prudētes ꝛ sapiētes/quoꝝ uestigiis insistentes veꝝ indagēt. Propria nō cōis cū reliquis aīalibus. Itaq; igit cum nobis a natura insitū sit/ut veritatē inq̄ramus: cōcludens Cice. ꝓbat qđ dixit. nā homines cū vacui sunt aliis negociis/discere cupiūt ea q̄ ignorāt/nisi sit in ipsis natura depravata ꝛ rō victa penit9 ab ipso appetitu/q̄ ē sine cognitiōe ¶ Auem9 cupimus. libro secūdo de finib9 ait. ꝛ quoniā eadē natura cupiditatez ingenuit homini veri inueniendi/qđ facillime apparet cū vacui curis etiā quid in celo sit: scire auem9. ¶ Discere/discim9 rē prius incognitā. addiscim9/ cū aliq̄d addim9 ediscimus/cum memorie mādam9. ¶ Videre /ut postea cognoscam9 ꝛ sciamus/qm̄ nihil pōt eē in intellectu quin prius sit in sensu. Discere/est ipius animi/qui utit sensu ut discere possit. nō enim pōt animus id discere quod nō percepit sensu. ¶ Necessariis/ pertinētibus ad res necessarias humane vite degende ¶ Reruz occultaz naturaliū q̄ sunt immerse penitus in materia/de quibus tractant phisici/aliq̄ res sunt partim sepate /partim nō separate a materia de quib9 tractat ipe mathematic9. aliq̄ separate penitus a materia/ut ē ipe deus glorios9 ꝛ essentie siue intelligentie celestes/de quibus ē ipa sapiētia i. ꝓma phīa. quā greci methaphisicā nos theologiā appellamus greco tm̄ vocabulo. ¶ Cognitionē/scientiā nā scire est cognoscere res p causas suas ꝛ cognitio antecedit scientiā/ cognitio ē prius per sensum: postea ē cognitio ꝓncipioz/ꝛ ōnis scientia ē cognitio/sz nō ōnis cognitio ē sciētia/qm̄ ad plura sese extendit cognitio: ꝛ principiū ad plura sese extēdit q̄ cā/ꝛ causa ad plura q̄ elementū/ꝛ ōnis cā ē elementū sed nō ecōtra ¶ Aut admirabiliū: ꝛ hoc ē q̄tū ad moralē phīam ꝛ opiniones admirabiles phāntium. ¶ Ad bene beateq; viuendum/stoici volebāt oīs bonos beatos eē/bonos āt intelligebāt ōnib9 virtutib9 īstructos ꝛ ornatos/ beatos āt illos q̄ eēnt in bonis nullo adiuncto malo. Vnde beatitudinē dicebant cumulatā rez cōplexionē separatis ōmbus malis. dicebantq; beatā vitaz descensurā in ōnia tormēta/qđ negabāt peripatetici/ut dictū ē. Vñ dicit Aristoteles eū nō eē btm̄ q̄uis sit bonus/q̄ incidit in calamitates/ꝛ Theophrastus negauit in sola uirtute positū esse beate viuere. Socrates apud Platonē libro tercio de repu. dicit. Vir bon9 sibiipi ad bñ btēq; viuendū sufficit/ꝛ nō putabit duz filio orbari aut frē aut pecunia aut reb9 sīlib9

inuestigatio. Itaq; cum sumus necessarii negociis curisq; vacui: tum auemus aliquid videre/audire/discere. Cognitionemq; rerum aut occultarum aut admirabilium ad bene beateq; viuendum

Necessariã/qm̃ moralis phĩa medet animis/inanes sollicitudines detra
hit:cupiditatib9 liberat/pellit timores. Cognitio phĩe moralis necessaria ẽ
ad bene beateq; viuendũ/qđ assequ nõ possumus/ nisi egritudine ꝛ morbo
mentis vacui erimus ꝛ insania. Philosophi appellant morbos õnis animi
perturbatiões/negantq; stultũ quẽq; his morbis vacare/ꝛ nisi sanat9 sit
animus (quod sine morali philosophia eẽ nõ põt) nullus erit finis miseri
arum. Ducimus/exi
stimamus. Ex quo/
propter hoc clarũ ẽ in
quit homines bis emiti
inductos õnia uera di
ligere. Veruz fidele.
Simplex/purum.
Sincez/cõstans ꝛ si
ne uicio: ꝛ sic odim9 va
na falsa fallentia/ vt
fraudem periuria mali
ciam iniuriam. Virtus
enim ut inquit Plato li

necessariã ducim9. Ex quo ĩtelligit/ qđ
verũ simpler sincerũq; sit/ id esse nature
homis aptissimũ. Huic veri videndi cu
piditati adiuncta ẽ appetitio quedã pri
cipatus: vt nemini parere animus bene
informat9 a natura uelit: nisi precipiẽti
aut docenti/aut vtilitatis causa iuste et

bro quarto de repu. ẽ sanitas quedã ꝛ bona ualitudo ipius anime/malicia
uero morbus turpitudo ꝛ infirmitas. Et li. ii. dicit/uez mẽdaciũ si modo
uez dici põt/õnes homines pariter oderũt atq; dii. Et li. nono ait. Veri
tatis inspectio quã prebeat voluptatẽ/ impossibile ẽ aliquẽ preter philo
sophum gustare posse. Aptissimũ: accõmodatissimũ ꝛ cõuenientissimuz
In tercio tusculana. dicit. Q; si tales nos natura genuisset/ ut eã ipam in
tueri ꝛ pspicere eadẽq; optima duce cursum vite perficere possem9/ hau d
erat sane q; q̃sq; rõe ac doctrina cõquireret. Nã paruulos nobis dedit igi
culos/quos celeriter malis moribꝰ opinionibusq; deprauatis sic restigui
mus vt nusq; nature lumẽ appareat: sunt enim ingenis nostris semina ina
ta uirtutũ: q̃ si adolescere liceret/ipa nos ad btãm vitaz natura pduceret.
Nunc ãt simul atq; editi in lucẽ ꝛ suscepti sumus/in õni otinuo prauitate
ꝛ summa opinionũ puersitate uersamur/ut pene cũ lacte nutricis errorem
suxisse videamur. Huic ueri videndi cupiditati. i. uidendi ueritatẽ: ꝛ cog
noscendi õnia ꝛ singula/qđ homini insitũ ẽ/ ꝛ sic agit nũc de seminib9 for
titudinis. Appetitio pncipatus/ vt pmus in ciuitate sit li. ii. de finib9 in
hãc sententiã dicit. Eadẽ natura hẽt in se quidđã amplũ atq; magnificum
ad imperandũ magis q̃ ad parendũ accõmodatuz/õnia hũana nõ tolera
bilia solũ/sed etiã leuia ducẽs. Altũ quidđã excelsum nihil timẽs/nemini ce
dens/sp inuictũ Bñ informat9/institut9. i. q̃ pncipia nature hz ꝛ ipsis
utit. Nisi pcipiẽti aut docẽti/ parere dẽm9 bono pceptori tãq; recte rõ
ni: cũ in nobis viget appetit9 sensitiu9. Vñ pueris inqt Aristoteles: dant

pedagogi[illegible] efferuescente sanguine ⁊ appetitu eos impellente ad vetita/in officio cõtineant/ut ab insessore:equꝰ preceps ⁊ indomitus. ¶ Utilitatis scꝫ nostre/qm̃ imperiũ est ad conseruationẽ aliorũ ⁊ cõmoduꝫ. Et imperãti dẽt sufficere honor. si autem õnia refert ad suaꝫ utilitatẽ tirãnus ẽ. Vñ cõsules dicebant apud Romanos/eo qꝺ õnium saluti ⁊ utilitati cõsulerent .i. prouiderent. ¶ Legitime:iure ⁊ ut volunt leges/quẽadmoduꝫ sunt naturales reges ceteriqꝫ principes qui hereditarium principatuꝫ hñt Cõsules romani legitime imperabãt: qm̃ curã reipu. populꝰ romanꝰ illis cõmittebat Cesar ãt nõ legitime/qm̃ patriam vi oppressam tenebat. Vnde Cato seuerus ⁊ perfectꝰ stoicus potiꝰ voluit sibi afferre vim qꝫ parere illi q̃ nõ legitime imperabat. Viri probatissimi eligendi sunt/q̃ alijs imperent. ¶ Iuste/nõ tirãnice/sed ut volunt leges ⁊ iura gentiũ. Plato li. iii. de repu. dicit Temperãte precipuã eẽ laudẽ obsequi principibus. ¶ Ex quo/ex hoc qꝺ dictuꝫ est/emergit ipa fortitudo. ¶ Animi magnitudo/fortitudo ⁊ magnanimitas. ¶ Existit/emergit apparet. ¶ Reꝝ humanarum/õnium que hominibus accidere possunt in utranqꝫ partem. cõtemnit enim magnanimus res humanas ⁊ volubilitatẽ fortune:putatqꝫ ipas inferiores eẽ sua prestantia ⁊ excellentia. quod cum ita sit/õnia spernit. et quecunqꝫ accidere possunt/nõ solum tolerabilia sed etiã leuia ⁊ nullꝰ momenti ducit. ¶ Magni animi hominis ẽ inquit Seneca/cõstare sibi ⁊ finẽ vite intreptous expectare/ nil aliud magnũ in rebus humanis ẽ nisi animus magna despiciẽs. ¶ Nec uero illa parua vis nature rõnisqꝫ. i. rõnis naturalis. Dunc agit de seminibꝰ temperãtie nature/ q̃ nobis hoc uirtutis q̃si seminariũ dedit. ¶ Rõnis/ intellectꝰ q̃ pulebritudinẽ ordinis decori ⁊ modestie metit ⁊ sentit/cetera enim aãlia hoc nõ habent. ¶ Hoc aãl/hõ q̃ est diuinũ aãl/ ⁊ cui principatus inter õnia animalia tribuit. ¶ Vnũ/solũ. ¶ Sentit/cognoscit. sentire ẽ sensibus cognoscere. ¶ Quid sit ordo/ut oĩa quodã ordine agant: ⁊ ordo opponit temeritati/q̃ nullũ seruat ordinẽ in rebus agendis. Vnde Plinius Hepos laudat Spurinnã/qꝺ eo vite genere quo nihil ẽ distinctius uteret. Me aũt inquit ut certus syderũ cursus/ita vita hoĩm disposita delectat ⁊ semiꝰ inquit placida õnia ⁊ ordinata cõueniunt/ ⁊ nullũ aãl ẽ preter hominẽ qꝺ in reꝝ agẽdis ordinẽ cognoscat aut seruet. de ordine reꝝ ⁊ temporũ opportunitate dicet suo loco diffusiꝰ. ¶ Quid sit quod deceat/quid sit decoꝝ/cuiꝰ ignoratõe/ut inquit in oratore/nõ mõ in vita sed sepissime in poematis ⁊ in orõne peccat. Hõ enĩ õnis

legitime imperãti. ex quo animi magnitudo existit/ humanarũqꝫ rerũ ꝛcẽptio. Hec vero illa parua vis nature est ratio nisqꝫ: qꝺ unũ hoc animal sẽtit/ quid sit ordo/ quid sit qꝺ deceat/ in factis dictisqꝫ

Fortuna/nō ōnis bonos:nō ōnis autoritas/nō ōnis etas/ nec uero locus aut tempus aut auditor ōnis eodē aut uerboꝝ genere tractandꝰ ē: aut sententiaꝝ·quid deceat ergo cōsiderandū ē·quod in re de qua agit positū ē ꝛ in personis ꝛ eoꝝ qui dicunt ꝛ eoꝝ ꝙ audiunt· Itaq; hunc locū lōge lateq; patentē philosophi solent in officiis tractare·decere ē q̄ aptū ē ꝛ consentaneum tempori ꝛ psone/qd̄ cuꝝ in factis sepissime tum in dictis valet/in vultu deniq; ꝛ gestu et incessu/ cōtraq; dedecere· Nā bene instituꝝ a natura temeritatem reformidat/ꝛ non audet cuiq̄ aut dicto proteruo aut facto nocere/ uereturq; quicq̄ aut facere aut eloqui qd̄ paruꝝ virile videat· Qui sit modus/mensura in omni re atq; modestia. Nā modus est quedaꝝ mensura siue mediocritas in ōni re· Vnde dicit Horatius ē modus in rebus:sunt certi deniq; fines/quos vltra citraq; neq̄t cōsistere rectū· Itaq; eoꝝ iporuꝝ/nūc tāgit aliud quod ē ꝓpriū hominis/iudicare. ſ. de pulchritudine ꝛ venustate ꝛ cōuenientia eoꝝ/q̄ oculis iudicant· Itaq; ꝓpter hoc qꝛ sentit q̄d sit ordo ꝛ quid deceat. Aspcū: visu. Sentiunt: cognoscunt ꝛ pcipiunt sensibꝰ exterioribꝰ ꝛ iudicant· Pulchritudinē/pulchritudo ꝓprie nō dicit nisi in magno corpe. Venustatē/ venustas mulierū ē/dignitas āt viroꝝ/ venustas ē ipa grā/quā affert pulchritudo· Vn̄ uenustus dicit is cuius forma multū hꝫ gratie/ꝛ inuenustus ꝙ ōni caret grā Cōuenientiā partiū/cognoscit bō si partes corpis bn̄ inter se cōueniunt ꝛ quadrāt:habētq; ꝓportionē suā/aliter eēt monstrū. Quā similitudinez/ intellcūs cognoscēs i ipis corpibꝰ hāc pulchritudinē ꝛ uenustatē ipaz trāstulit ad aīm/ꝛ putauit hāc oueniētiā ꝛ boc decoꝝ seruādū eē i dictis ꝛ factis/ vt nil diceret nilq; fieret/qd̄ eēt turpe ꝛ indecoꝝ. Ergo buiꝰ pulchritudinis similitudine cōspcā in ipis formis ꝛ corpibus:trāsitū ē ad honestatem dictoꝝ atq; factoꝝ· Nō:intellectꝰ hūanus· Ad aīm/ad mentē ꝛ mētis oculū. i. ad potentiā naturalē anī. Multo magis. q̄ in ipis formis ꝛ coporibꝰ. Pulchritudinē/ ꝛ hec pulchritudo ad magnanimū ptinz/ꝙ magnis dignꝰ ē· Magnanimitas. n. in magnitudine sicut pulchritudo in magno corpe cōsistit· Cōstantiā/cōstans ē bō sedatus grauis humana ōnia premēs quē magnanimū ꝛ fortē viꝝ dicimꝰ· Talis āt eē nō ꝑt ꝙ meret timet cupit atq; gestit. Ordinē:qui est seruandus in rebꝰ agēdis ꝛ cōsiliis

qui sit modus. Itaq; eoꝝ ipsoꝝ que aspectu sētiūtur/nullū aliud animal pulchritudinē/ venustatē/ ꝯueniētiā partiū sentit. Quā similitudinē natura ratioq; ab oculis ad animū trāsferēs/multo etiam magis pulchritudiēz/cōstātiā/ordinē in cōsiliis factisq; cōseruādū putat.

¶ Indecore/ꝑter decoꝝ ⁊ ordinẽ/q̃ duo si cõfundant pulchritudo etiã q̃ ex his emergit ꝯfundet. ¶ Effeminate/quod sit paꝝ virile· vitat igit is q̃ ẽ plane vir ne id faciat quod potiꝰ femina ꝝ est q̃ virorũ· ¶ Libidinose intemperanter ⁊ quod nõ deceat hominis grauitatẽ ⁊ tẽperantiã ¶ Aut cogitet/quippe nõ mõ nõ dẽmus turpia agere/sed ne cogitare quidẽ· ⁊ modestia ẽ adhibẽda in cogitatõibus ⁊ factis. ¶ Quibꝰ ex rebꝰ. i. principiis naturalibꝰ ⁊ quattuor quasi seminariis ipaꝝ uirtutũ/ ex quibꝰ emergit honestum/quod est quicquid a uirtute ꝓficiscit· Honestuꝫ quod sit perfectum dicebant stoici bonuꝫ/quod omnis a natura quesitos habeat numeros / sitq̃ perfecte moderatũ· Eiꝰ quattuor spẽs tradũt/ prudentiam/iusticiam fortitudinem/ ⁊ temperantiam· quibus honeste actiones perficiuntur. Ratio recta ⁊ consummata: inquit Gene. felicitatem hominis implet. hec rõ vocat virtus/eadẽq̃ honestũ est ⁊ spũ follium atq̃ igni ferrũ mulcent ⁊ redigunt ad aliquaꝫ formã. sic ex his quattuor principiis efficit forma ipius honesti· ¶ Si nobilitatuꝫ nõ sit. li. ii. de finibꝰ in hãc sententiã ait/honestũ igit id intelligim9 qđ tale est ut detracta õni utilitate sine ullis premiis fructibusue ꝓ seipm possit iure laudari. ¶ Natura: naturaliter ⁊ suapte natura· etsi nemo ipm laudet. ¶ Formã quidẽ ipam/facit auditorẽ attentũ· forma hõestatis quattuor virtutibꝰ cõtinet/hec ideo dicit: ut ab utili ⁊ hõesto suadeat/hoc honestũ ꝑpter se totis viribꝰ eẽ aplectendũ· ¶ Et tãq̃ faciẽ/cũ nõ plane honestũ bẽat faciẽ. Hã facies refert ad corpꝰ. vultꝰ ad aim atq̃ volũtatẽ vñ deducit. Vñ dicimꝰ irato ⁊ mesto vultu/ ⁊ lata aut lõga facie / q̃ ẽ cuiusq̃ rei apparẽtia. ¶ Vides/aio cõcipis. nã uirtꝰ oculis cerni nõ põt / ꝫ aio videri. ¶ Vt ait Plato/oculoꝝ (inq̃t Plato ĩ sua repu·) ẽ in nobis sensꝰ acerrimꝰ/qbꝰ sapiẽtiã nõ uidemꝰ/q̃ illa ardẽtes ãores excitaret sui si uideret

¶ Quam personam / quam qualitatem:¶ cuius professionis esse velimus· ¶ Itaqz se alii/ponit nūc exempla · ¶ Malt magis vult/ad id quisqz fert/qđ maxime adamauit/¶ id cū decoro exercet. vnde dicit Pla. li· iii· de repu. curat id quisqz diligētius/ qđ maxime adamauit· Et plericqz studēt maiores imitari suos/ ut fuit in familia Mutiorū/que ius ciuile quasi hereditariū habebat· ¶ Maiores/ut auꝰ abauꝰ tritauꝰ·¶ Prestiterūt:excelluerūt in aliquo genere laudis ¶ glorie· ¶ Plericqz/maior pars/qm̄ nō oēs id agūt· ¶ Studēt/dāt operam/curāt/nituntē aliis p̄stare in ōi genere laudis/quo maiores claruerūt ¶ Qu· Mutiꝰ/de iurisc̄onsultis ¶. Qu. M. dcm̄ ē supra· ¶ Pauli filius aphricanꝰ/scipio emilianus aphricanꝰ minor clarissimus vir ¶ imperator/ atqz filiꝰ pauli emilii bellica laude abundātis· Dicit. n· Perseū macedonū regē/ filiusqz fuit illius pauli emilii inclīti impatoris ¶ magnanimi/qui p patria sue anime p digus in pugna cānensi fortissime pugnans occubuit/ hūc scipionez pauli filiū maioris aphricani filiꝰ imbecillis ¶ valitudinariꝰ adoptauit· ¶ in bellica gl̄a patrē paulū imitatꝰ ē ¶ auos ¶ Quidā āt:aliq̄ inqt nō cōtēti laude maioꝝ suoꝝ:alias adiecūt/ut hic idē aphricanꝰ/q̄ bellicā gl̄am a patre susceptā eloquentia decorauit/¶ fere semp in manibꝰ habuit Cyri pediaz·

¶ Idem: quod fecit Aphricanus/nã Thimotheus vt scribit emilius ꝓbus: Cononis filius athenẽsis a patre acceptã gloriã multis auxit virtutib9. Fuit enim disertus/impiger/laboriosus/rei militaris peritus/ nec minus ciuitatis regende/multa huius sunt preclare gesta/sed hec maxime illustria/ olinthios/ꝙ bizãtios bello subegit. Samũ cepit/in cuius oppugnatõne superiori bello athenienses mille ꝙ.cc. talenta cõsumpserant: ille sine publica impẽsa ꝓpio restituit. aduersus Cotum bella gessit / ab eoq; mille et .cc. talenta preue nomine in publicuz rettulit. Cizicuz obsidione liberauit. Corcyram sub a themensiũ ditionẽ redegit / socioscq; adiunxit epyrotas:chaones:omnesq; epyrotici maris accolas / quo facto lacedemonii diutinã cõtentionez omiserunt/ꝙ maris imperiũ spõte concesserũt athenienſib9/q̃ victoria tm̃ fuit atticis populis leticie/ut tum primũ are paci sint publice erecte/ eiq; dee puluinar institutuz/cuius laudis memoria Thimotheo publice statua in foro posita ẽ: quã pater etiã ante eũ habuerat.sic iuxta eã posita recẽs filii veterẽ patris memoriã renouauit. Conon imperator clarissim9 fuit/ ꝙ patrie studiosus quo duce athenienses lacedemonios vicerunt/ꝙ libertatẽ amissam recuperarunt/ꝙ initiũ resumende potentie accepere. Lacedemonii autẽ finẽ potentie imposuerũt. bello.n. peloponesiaco ad rẽpu.accessit. ꝙ pretor pedestribus militibus prefuit/ꝙ prefectus classis mari res magnas gessit. ſz postea occupatis athenis a lysandro lacedemonio in asiam ꝓfectus est ꝙ classe ingẽti studio cõparata/rediens vt patrie seruienti adeẽt/illãq; assereret nauali prelio apud Gnydum lacedemonios vicit/qua victoria nõ solum athene/ sed etiaz cũcta grecia q̃ sub lacedemonioz imperio fuerat liberata ẽ. Conõ cum parte nauiũ in patriã venit muros dirutos a lysandro vtroscq; ꝙ pyrei athenaz reficiẽdos curauit. ꝙ.l.talẽta q̃ a pharnabazo accepat cõciuib9 suis donauit.quidã ali9 thimothe9 music9 in cõuiuio Alexandrũ ad arma excitauit phrygio cãtu:ꝙ itez mutata modulatiõe ad epulas reduxit:ꝙ Seneca dicit Alexandz mouisse manũ ad arma Cenophãto canẽte ¶ Doctrine/qm̃ doct9 atq; diserꝰ. ¶ Fit ãt interdũ/affert illos q̃ suos maiores nõ imitant. ¶ Institutũ/ꝓpositum ꝙ mõm viuẽdi omissa imitatiõe maioz. ¶ In eo/nouo vite instituto. ¶ Obscuris parẽtibus/ignobilibus:id est illi

qui nō habent claros natales · ꝛ humili loco nati sunt/nec habēt domestica exēpla/q̄ imitent'. ¶ Magna/aliquā rē magnā/ꝛ vite institutū graue/vt locum aliquē honestū cōsequant'. ¶ Hec igit' ōnia/cōcludit Cicero dicēs: oīa supradcā ꝯsiderare ꝛ cōplecti aīo dēm⁹: ut iudicare possim⁹ q̄d deceat.

In primis āt · Ante ōnia constituere ꝛ certo cōsilio deliberare debem⁹/ cuius ꝓfessionis esse uelimus. ꝛ ꝓponere nobis aliquē finē/ut ad illū ōnes actiōes nostre dirigantur ¶ Sed difficillimus est adolescentib⁹ optimū genus vite ꝛ finez sibi ꝓponere/q̄m illa etas prudētia uacat q̄ finē bonuz cōstituit/ et nō possunt de rebus iudicare ꝛ ꝯstituere q̄d potissimū agendū sit · vnde oportz ipos pueros et adolescētes subiici rōni. i. parere illis/q̄ prudentiā habent/ꝛ ab illis ad honestū vite institutū dirigi/qui rez habēt experientiā . ¶ In quo genere vite/actiua an contemplatiua/priuata/an publica/aut quid potissimū exercere velim⁹ duce natura · ¶ Que deliberatio i. deliberare ꝛ eligere quos ꝛ quales velim⁹ eē ꝛ in quo genere vite difficillimū est · ¶ Ineūte · n. rō q̄re hec deliberatio plurimuz hēt difficultatis · dicim⁹ ꝓprie ineo rōem/fedus/societatē/bellū/viā/ꝛ similia · ꝛ initia dicūtur principia rei maioris · Vnde dicimus: ineunte vere/etate. in rebus minoribus dicimus incipiente: ut incipiente die/cōuuio/nocte/hora · inimus grām/cōciliam⁹ āt amorē/laudē/famā/honores · ¶ Ineūte/in ꝑmis annis adolescentie/que incipit quartodecimo āno ꝛ tunc pueri nobiles apud Romanos deponētes pretextā/sumebāt virilē togā/ꝛ in fozz deducebant'. Ideo dicit Trāquillus in Augusto/ut suo quēq; tyrocinio deduceret in forum. Et Seneca dicit: Tenes memoria quod gaudiū senseris/cuz pretexta posita sumpsisti virilē togā: ꝛ in fozz deductus es. ¶ Maxima imbecillitas cōsilii/q̄m nō hēt prudentiā/nec pōt sibiipi cōsulere/quod optimum sit: ꝛ tūc implicat' in aliquo genere vite/q̄d placet/ꝛ pena vigente in ipo rōe dānat' opus ē igit' cōsilio prudentū · voluptas enz/q̄ ꝓpter calorē in iuuenibus viget maxime/non sinit eos/q̄d optimū est iudicare/sed affectu trahunt'. vnde difficile ē mōm seruare. Cōsilium/ut inquit Fabius/ē rō quedā alte petita/ꝛ plerūq; plura perpēdens ꝛ ponderās/habens in se ꝛ inuentionez ꝛ iudicationē. Ingeniū est habitꝰ celer inuētor officii ¶ Imbecillitas/debilitas/q̄m rō nō ē perfecta/ꝛ adolescentiū etas ꝓna est ad peccandum/ ac

ortí parētib⁹. Hec eni oīa / cū q̄rim⁹ q̄d deceat: ꝯplecti aīo ꝛ cogitatōe dēm⁹.

¶ Cōstituēdū genus vite ꝛ institutuz.

In primis autē cōstituēdū est / quos nos et quales eē velim⁹: ꝛ in quo genere vite. q̄ deliberatio ē oīm difficillia. Ineūte. n. adolescentia cui inest magna imbecillitas cōsilii:

nisi maioꝝ exemplis autoritatecꝝ cõtineat: facile semper in deteriora pla
bitur / ꝛ adolescẽtia libidinibus estuat / etas media iactat ambitiõe ꝛ nec
tus cupiditate auariciaꝝ cõsumit. ¶ Degende: viuende ꝛ tenende. ¶ Ma
xime: ante õnia. ¶ Itaꝝ hoc / sequit ex supra dictis. ¶ Hãꝝ hercule Pro
dicus dicit: Occurrit tacite obiectioni. potuisset enim obiici / dictũ ẽ a te Ci
cero superiorẽ deliberationẽ õnium eẽ difficillimã ꝓpter imbecillitatẽ con
silii / at Hercules cũ pri
mum pubescꝛet / exiuit
in solitudinẽ / ꝛ cũ viaꝫ
virtutis ꝛ voluptatis
cerneret q̃uis ĩ illa eta
te essꝫ imbecillitas cõsi
lii / tamẽ elegit viã vir
tutis. sic possunt ꝛ alii
facere. Dicit cicero hoc

tunc id sibi quisꝝ genus etatis degende ꝯstituit / quod maxime adamauit. itaꝝ ante implicatur aliquo certo genere cursuꝝ viuẽdi: q̃ꝫ potuit quod optimũ essꝫ iudicare. Hãꝝ Herculẽ Prodicus dicit

potuisse Herculi ꝺtingere nato ex Ioue / nobis ãt nõ sic accidit. vnde dicit
Virgi. Pauci quos equꝰ amauit Iuppiter / aut ardẽs euexit ad etbera vir
tus: Diis geniti potuere. ¶ Hãꝝ / certe. Prodicus ex chio insula fuit Rhe
tor ꝛ Eurypidis preceptor in rhetoricis. Fabius ait li. viii. Sed formas
quoꝝ fingimus sepe ut famã Virgilij / ut voluptatẽ ꝛ virtutẽ / quẽadmo
dum a Xenophonte tradit ꝓdicus / ut mortẽ ac vitam / quas contendẽtes
in satyra tradit Ennius. Basilius ait / hec eadem fere a prodico sophista
quodaꝫ in loco suorũ librorꝫ de virtute ac vicio sapiẽtissime scripta sunt.
sic enim ait ut narrat Socrates apud Xenophontẽ in cõmẽtariis libro. ii.
disputans cũ aristippo / herculẽ adolescentẽꝫ diu secum multũꝝ dubitasse:
vtrã viã caperet / cũ duas cerneret vnã voluptatis / alterã virtutis. Inter
ambigendũ duas accessisse matronas: virtutẽ ꝛ voluptatẽ / quaꝝ altera /
id est voluptas accuratissime ornata erat / ꝛ õnis delicias post se trabebat
respectans aliquãdo cũ fastu. que õnia ostentãs / ꝛ multo etiã plura polli
cens secũ trabere herculẽ tentauit. Altera aspa ꝛ dura seuereꝝ intuẽs econ
tra hec verba dixit. Nõ polliceor aliquã voluptatẽ / nec quietẽ / sed laborẽ
pericula sudores infinitos terra mariꝝ tolerãdos / hoꝝ premiũ erit te deũ
fieri / hanc demũ hercules ẽ sequutus. Hesiodus dixit illũ eẽ optimũ qui p
seipm que agẽda sunt certa rõe videt ꝛ cõstituit. Secundo ãt gradu: q̃ alio
rum cõsilia sequeret. Cui uero ad neutrũ hoꝝ aptus eẽt eũ penitꝰ inutilez
eẽ. Idẽ Hesio. dixit / asperã primo ꝛ pene inuiã ꝛ sudoris cõtinui ꝛ laboruꝫ
plenã eẽ viã que ad virtutẽ ducit / idẽꝝ monuit ne laboribus victi ante fi
nem desisteremus. Quãobrem nec cuiusuis ẽ illã ꝓpter difficultatẽ capesse
re / nec capessenti facile ad cacumẽ euadere / sed ubi id superaueris / ex eiꝰ fa
stigio videre licet / ut via illa amena sit ꝛ pulchra / utꝝ expedita ꝛ facilis
ꝛ longe iucundior q̃ꝫ altera q̃ ad vicia ducit. Altũ quidãꝫ ẽ virtus inquit

Seneca excelsum ꝛ regale/inuictuꝫ/infatigabile. Voluptas humile seruile imbecillũ caducũ/cuius statio ꝛ domicilĩ fornices ꝛ popine sunt. Virtutẽ in tẽplo inuenies in foro in curia/p muris stãtẽ/puluerulentã/callosas habentem manus/ voluptatẽ latentẽ sepius ac tenebras captantem circa balnea ac sudatoria ac loca edilẽ metuentia mollẽ ꝛ eneruẽ. per extremas/pfecto difficultates/inquit Plato/generosa natura solet in altuꝫ emergere/et magis profusa res copia q̃ sũma inopia bonis ingenijs nocere consueuit. Felix quippe ẽ necessitas q̃ cogit ad bonũ. Piccacꝫ dicebat arduũ eẽ bonũ existere ꝛ Aristoteles dicebat/ studioꝝ liberaliũ amaras eẽ radices/ fructus ãt dulces. ¶ Vt ẽ apd Xenophontem: Xenophon socratis discipulus fuit adeo eloquens ut musa attica diceret'/finxit Prodicus voluptatem ꝛ virtutẽ apparuisse herculi/qui spreta voluptate virtutẽ secutus ẽ/que in arduа tendit/ꝛ hominez laboribus atq; ãgustiis exponit/magna ꝓposita mercede/gloria seꝫ ꝛ humana felicitate. huius fictionis meminit Xenophon in eo opere/quod latine cõmentaria possumus appellare/siue de dictis ꝛ factis Socratis memoratu dignis. Inducit ille Socratẽ narrãtẽ hec de hercule: q̃ legerat apud Prodicũ/qui hec sapienter finxerat in eo libro/quem de hercule cõposuit. Ordo est/prodicus dicit herculẽ exisse in solitudinẽ/ut ẽ apud Xenophontem. nõ legerat Cice. opus prodici/sed apud Xenophontem ea q̃ ille finxerat. ¶ Cũ pmum pubesceret: cũ peruenisset ad pubertatẽ. i. cuꝫ cepisset emittere pmam lanuginẽ faciei. pubertas in masculis post. xiiii. annũ cõpletũ illico initium accipit ex Justiniani institutõe/femine post. xii. ãnum cõpletum viri potentes sunt. Mares incipiunt pubescere inquit Aristo. in historia animaliũ/peracto ãno bis septimo/feminis ẽt p id tẽpus exurgũt vbera ꝛ que menstrua vocant' erũpunt/ꝛ ad vsum rei veneree maxime incitant'. ¶ Quod tẽpus/in prima pubertate. ¶ Datũ/cõcessum ẽ ut quisq; viã eligat/quã ingrediat'. i. vite institutũ. ¶ Diu/q̃tũ ad tẽpus. ¶ Multum/ad cõsiderationẽ. hoc idẽ de Scipione fingit Syllius/ad quẽ sedentẽ domi sub lauro ꝛ aĩo bella meditantẽ/dicit accessisse virtutẽ ꝛ voluptatez/ ꝛ tãdem virtutẽ persuasisse Scipioni voluptatẽ eẽ spernendã ¶ Hoc/diu ꝛ multũ cogitare vtrã viã melius eẽt ingredi/potuit cõtingere herculi Jouis filio

(vt ẽ apud Xenophõtẽ) cũ primũ pubescere (qd tẽpꝰ a natura ad deligẽdũ quã q̃sq; viã viuẽdi sit ingressurꝰ/ datũ ẽ) exisse ī solitudinẽ: atq; ibi sedentez diu secũ multũq; dubitasse/ cũ duas cerneret vias/ vnaz voluptatis/ alteraz virtutis: vtrã ingredi melioꝰ esset. Hoc Herculi Jouis satu edito potuit fortasse cõtingere:

nobis ãt minime. ¶ Potuit fortasse/qm̃ hoc ẽ fabulosum/ ꝛ ideo dicit Fortasse. Sed esto ꝙ fuerit/tamẽ aliis hoc nõ ẽ facile in illa etate/q̃ nõ tm̃ roboris ingenii ꝛ cõsilii habet/ut deliberet ꝛ eligat certa rõne· illa enim etas libidinibus ꝛ affectib9 obnoxia ẽ. Herculi vero potuit cõcedi a numine/cuius filius babebat'. potuit etiã contingere illi cum eẽt rõne subnixus/ ꝛ ad magna quedã ꝛ ardua natus/qd̃ aliis assequi nõ ẽ facile/ voluptate enim q̃ est maloꝝ esca facile corrũpimur· ¶ Iouis satu edito/nato ex semine Iouis/qm̃ filiꝰ fuit Iouis ꝛ Alcmene· Vñ inquit: Diuina quedaꝫ cã fuit/ ut Hercules id vite institutũ eligeret/ nõ beneficium nature.

nobis nõ idẽ q̃ imitamur quos cuiqꝫ visum ẽ: atqꝫ ad eoꝝ studia ĩstitutaqꝫ ĩpellimur. Plerũqꝫ ãt parẽtũ p̃ceptis ĩbuti/ ad eoꝝ cõsuetudiez morẽqꝫ deducimur. Alii multitudĩs iudicio ferũt: queqꝫ maiori parti pulcherria vidẽt/ ea maxie exoptant. Nõnulli tm̃ siue felicitate q̃dã/ siue bonitate nature/ siue parẽtũ disciplĩa

¶ Quos cuiqꝫ visuꝫ ẽ/ sine discursu rõnis/ vt eligat' quis potissimuꝫ imitandus sit/qm̃ ĩ ea etate id quod maxime placet seq̃mur/ at ille dẽbat imitari Iouẽ supremũ. ¶ Impellimur/ deducimur appetitu. ¶ Ad studia/ voluntates ꝛ exercitationes· ¶ Instituta/ mores ꝛ vitã quã sibi instituerunt· ¶ Plerũqꝫ ãt/ponit varia studia ꝛ imitationes· ¶ Plerunqꝫ/ sepius· ¶ Imbuti/ instructi· imbuere, ꝓprie ẽ dare ꝓmuꝫ saporẽ· Horati· Quo semel ẽ imbuta recẽs/ seruabit odorẽ Testa diu. filii imbuunt' a parẽtib9 ꝛ bonis ꝛ malis moribus· Discant inquit Plato in. iii· de repu· imitari/ que cõueniẽtia illis fuerint/ viriles sc̃z tẽperatos pios liberos ꝛ huiusmodi/ reliquos q̃ natura liberis indigna sunt/ omittãt/ nec quicqꝫ indecoꝝ assuescant imitari/ ne ex hac imitatione persimiles illis aliquãdo fiant. Dã huiusmõi imitationes si a puericia serperẽt/ longius ad mores naturãqꝫ transferrent· Dõ igit' cõcedemus/ inqt/ eos q̃ nobis cure sunt/ ꝛ viros bonos eẽ cupimus/ mulierẽ imitari siue iuuenez siue senẽ aut cõuicia in vir ingerentẽ aut deũ criminantẽ iactabundaꝫ plurimũ ac se felicẽ predicantẽ/ aut infelicitatib9 gemitibus eiulatibus depressaꝫ multoqꝫ minus egrotãtem parturientẽ amantẽue. ¶ Multitudinis/ populi/ ꝛ id sequunt'/ quod imperita multitudo iudicat· ¶ Maiori parti/ qm̃ pauci sunt/ qui virtutis splendorẽ agnoscãt/ ꝛ ea pleriqꝫ iudicant pulcherrima/ q̃ nõ sunt. Vñ pbĩa paucis iudicib9 contẽta ẽ· ¶ Dõnulli tm̃/ Quis inquit difficile sit in ea etate honestũ vite institutuꝫ eligere/ ꝛ nõnulli ferant' iudicio imperite multitudinis/ tamẽ nõnulli sequuti sunt rectã viã viuendi aut bonitate nature aut disciplina tradita a parẽtibus Ad hoc agendũ multũ ualet natura/ cõsuetudo ẽt: ꝛ doctrina· Optima enim

diſpoſitio nature multū cōfert/ ⁊ vere fortunatus ille eſt: qui a natura ad ōnis bonas artes inſtituit. praua enim diſpoſitio nō facile admittit doctrinā/ qua animꝰ excolit. Vnde dicit Ariſto. aſpectū a contineti aere lumē accipere: animū uero a diſciplinis liberalibus. Cōſuetudo requirit bonam educationē/ qm̄ multū intereſt: ſic uel nō ſic a teneris cōſueſcere. ⁊ virtꝰ morum poſita ē in cōſuetudine. Certe nō paꝛ hēt utilitatis cōſuetudo quevaꝛ ⁊ familiaritas virtutū mentibus iuuenum animiſq; infuſa/ cū maxīe ſoleant inherere ⁊ pene indelebilia eē/ que in tenera etate diſcunt: ꝓpter annoruꝫ molliciē ꝓfunde inſita. vñ Leonidas pedagogus quibuſdaꝫ vicijs imbuit Alexandruꝫ/ q̄ ſemel affixa ſemper inheſerunt. Vtꝰ ē igit bona diſpoſitiōe nature/ optima educatione ⁊ doctrina/ que ſine moribus nihil valꝫ/ immo gladius in manu furioſi.

rectā vite ſecuti ſūt viā. Illud āt maxīe rarū genus eoꝝ/ qui aut excellēte ingenii magnitudīe/ aut ꝑclara eruditione atq; doctrīa/ aut vtraq; re ornati ſpaciū deliberandi habuerunt/ quē potiſſimū vite curſū ſeq vellēt: i q̄ deliberatōe ad ſuam cuiuſq; naturā ꝓſiliū eſt ōne reuocādū. Nā cū i ōibꝰ q̄ agūt/ ex eo quo gſq; mō natꝰ eſt/ vt ſupra dictū eſt/ quid deceat

Illud āt/ dicit Cicero/ raꝛ eē genus eoꝝ hominū/ qui preditī magnitudine animi ⁊ ingenio atq; eruditiōe habuerūt ſpaciū deliberādi. Illud eſt rarū/ pauci admōm poſſunt reperiri. Preclara/ optima ⁊ laudabili. Aut vtraq; re/ ingenio ⁊ doctrina. Spaciū deliberādi/ q̄ potuerunt deliberare ⁊ eligere genꝰ vite/ qđ ſequerent. Potiſſimū/ maxime ⁊ in ꝓmis. Quē curſuꝫ vite/ quod genus vite degende/ ⁊ ſtituere finē/ ad quē tendētes quieſcerēt. ſed raro hoc accidit/ ut idē preditus ſit magnitudine ingenii aut ornatus doctrina/ ⁊ habeat ſpaciū deliberandi/ qm̄ ſolet tēpus ātē ꝓterire q̄ id fieri cōtingat/ aliquibus tamē datū ē. In qua deliberatiōe: ꝓcipit quid agendū ſit in ipa deliberatiōe/ ut ſcꝫ quiſq; accōmodet cōſiliū ad ſuam naturaꝫ/ ⁊ id genus viuendi deligat quod ipius natura non reſpuit. Omne cōſilium/ ōnis deliberatiōis rō. Reuocandū/ accōmodandū/ id deliberandū ē quod natura videt appetere. quiſq; enim id genus vite debꝫ eligere/ ad quod eſt aptus natura. Nā cū/ rō quare cōſiliū reuocandū ē ad ipam naturā/ qm̄ in ōnibus que agunt ab ipa natura decoꝝ querit. et eo mō: quo quis natus ē. Ex eo quo quiſq; mō natus ē/ ſecundū ſuā ꝓpriam naturā. Quid deceat/ quid cōueniat cuiuſq; nature ⁊ moribꝰ natura inſitis. Que agunt/ in ſingulis actionibꝰ. Tuꝫ in tota vita/ ſi inquit in ſingulis actiōibus naturā imitamur/ ut ſeruet decoꝝ/ multo magis in cōſtituendo genere vite dēmus naturaꝫ ſequi/ vt vite inſtitutum nature

cõueniat ¶ Multo maior cura: diligentius cõsiderandũ ẽ/cũ volum⁹ instituere vitã: qꝫ in singulis actionibus. ¶ In vita cõstituẽda/cũ volum⁹ cõstituere quod genus vite sequamur/nã si in singulis actionib⁹ queritꝰ qd deceat/multo magis debemus querere ꝛ cõsiderare quid natura velit/ꝛ ad quid apta sit. ¶ Constare: constantiã seruare ꝛ perseuerare in instituta vita/ꝛ nunqꝫ a nobismetipsis in actionib⁹ discrepare. si ãt nõ eligitꝰ genus vite accõmodatuz ipi nature/opus ẽ ad alia diuertere ꝛ mutarꝫ ꝓpositum ꝛ institutũ vite/et sic cõstantia non seruabitꝰ/sed claudicare opz in ipis actionibus: cuz natura repugnet. ¶ In vite perpetuitate: in tota uita. ¶ Claudicare: errare/sens⁹ ẽ/ illud genus vite dẽmus eligere in quo duce natura seruem⁹ decoz.

exgrim⁹: tũ in tota vita ꝯstituẽda/multo ẽ rei cura maioz adhibẽda: vt cõstare in vite perpetuitate possim⁹ nobismetipsis: nec ĩ vllo officio claudicare. Ad hãc aũt rõnẽ/qm̃ maximã vĩ natura habet: foztũa primã: vtriusqꝫ oio ratio hẽnda ẽ ĩ deligẽdo genere vite sz nature magis multo. n. ꝛ firmioz ẽ ꝛ ꝯstãtioz: vt foztuna nonnũqꝫ ipsa mozalis cuz imozali

Ad hãc autez rõem/deliberationẽ. inquit Cicero in deligendo genere vite debemus hẽre rõem nature ꝛ fortune/sed potissimũ nature/q̃ stabilis ẽ. Fortuna vo mutabilis ꝛ amica temeritati/ut si quis aptus ad musicen sit/ ꝛ ad illã ducce natura inclinetꝰ/tamen forte accidet ut philosophũ hẽat cõtubernalẽ/ a quo videtꝰ posse phĩam commode percipere/ cui⁹ is ad ipam nõ sit aptus/si oblata fortuna velit philosophari/ dẽt potius musicen amplecti ut seruet decoz/qm̃ poterit mutari fortuna ꝛ amitti phũs. natura uero mutari nõ põt/ꝛ sic de similibus. Si hec duo concurrunt/ fortuna ꝛ natura/optabile ẽ ꝛ summo studio enitendum/ut utriusqꝫ muneribus fruamur. ¶ Ad hãc rõem/genus vite instituendũ ¶ Fortuna/que aliquãdo vocat nos ad aliquod vite institutũ/ꝛ ut bonorib⁹ inseruiamus. Vnde dicit Seneca: Sibi quisqꝫ dat mores/ministeria casus assignat. ¶ Habenda ẽ rõ/cõsideratio ꝛ respectus/cũ volumus eligere genus vite/quod sequamur cõstanter⁹uscꝫ ad finem ¶ Nature magis/scz habẽda ẽ rõ/qm̃ potius eã vitã deligere debemus ad quam sum⁹ apti natura/cui illã q̃ a fortuna offertꝰ ꝛ ꝓponitur. ¶ Firmior/stabilior/qm̃ natura nõ mutatꝰ/põt tamen aliqua ex parte detorqueri/sed repetunt ꝓprios queqꝫ recursus/ꝛ ad ingeniũ vnũquodqꝫ redit suum. Vita uero secundum naturã instituta stabilior ẽ. ¶ Cõstantior: magis perseuerãs vsqꝫ ad finẽ ¶ Fortuna mortalis/q̃ mutabilis ẽ ꝛ tãqꝫ res quedaz mortalis quoniam non durat. Ideo dixit Syllius: Breuis est magni fortuna fauoris/ꝛ ipa natura immortalis ẽ/quippe non mutatur.

¶ Qui igit̄: cōcludit quid agendū sit illi qui ōne cōsiliū ad ꝓpriam natu
ram accōmodauit: ⁊ id gen⁹ vite elegit/ ad qđ natura ferebat̄ ¶ Nō vicio
se/ bene disposite/ qm̄ si natura viciosa ē/ eniti dēmus vt illā emēdem⁹ rōe/
nec vita illa eligenda est/ quā ipa natura viciosa appetit. cēt. n. cōtra pru
dentiā/ sed corrigēda/ ut de Socra. legit̄. Nā cū Ꝙphyr⁹ turpia q̄dam de
Socrate p physionomiā dixisset/ ⁊ ob id a multis/ qui Socratis integrita
tem cognoscebant/ deri
deretur. Non errat Ꝙ
phyr⁹ dixit Socrates/
huiusmodi enīz natura
essem/ nisi naturā phia
supassem. ¶ Is teneat
constantiā/ pseueret in
instituto vite/ ⁊ sit con
stans vsq; ad finez. Cō
stātia. n. virt⁹ ē/ q̄ pse
uerat quoad bonū ē id
quod sequit̄. Si āt qđ
cunq; fuerit siue bonuz
siue malū imitabit̄: ptinacia dicet̄/ qm̄ pertendit in eo quod vicio datū
est/ nō dēmus igit̄ esse ptinaces/ sed constātes in instituto vite/ ut eatenꝰ ꝓ
grediamur/ quatenus bonū erit in instituto permanere. Si aliter euenerit/
mutatio prudēter facienda ē. Id enim maxime decet/ ut seruet constantiaz
si vite institutū accōmodatū ē ad naturā nō viciosaz. Et qz in deligendo
genere vite aliquādo errat̄/ corrigit id quod cōcludit dicēs/ seruet constan
tiam/ nisi senserit se erasse in ipa electiōe/ quod cū accidit/ ptinacia vti nō
debet/ sed institutū mutare/ ut si nos ad ius ciuile cōtulimus. ⁊ in eo ꝓficere
nō possum⁹ aduersante natura/ debemus ad alia diuertere/ in q̄bus possit
seruari quod deceat. ¶ Si acciderit/ ut intelligat se erasse in vita eligēda.
¶ Mozꝫ mutatio/ mutādi sunt mores/ ⁊ institutū vite iā ceptū/ ⁊ sic pser
bit mōm seruāde cōstantie in vita degēda. ¶ Si tēpora/ conditiōes tēpoꝝ
ad hoc institutū vite mutandū adiuuabūt. pōt. n. accidere/ ut tēporis odi
tio ⁊ casus aliquis faueat nobis ad mores mutādos. exēpli grā/ philosopa
ris/ sed inepte/ dubitas ne videaris leuis/ mutare institutū vite/ accidet pa
triam calamitatibus vrgeri ⁊ ab hostib⁹ vexari/ sumēda sunt arma/ ⁊ vite
institutū mutandū ē/ ad qđ agendū tēporis cōditio adiuuat. Das opam
liberalib⁹ disciplinis alicubi/ natura id respuit/ morient̄ domi parētes ⁊ ꝓ
pinqui/ repetēda ē patria/ ⁊ res domestica curāda/ mutādaq; vite īstitutio
tps ⁊ cas⁹ id suadēt. Uteris aliquo ualde familiariter/ putās bonū viz ee/
si arma otra patriā sumpserit/ ab instituto vite discedas: tps q̄ppe id vult
¶ Facili⁹/ q̄tum ad laborē. ¶ Cōmodi⁹/ ad nr̄m cōmodum ⁊ vsum/ sed si

natura pugnare videat̄. Qui igit̄ ad na
ture sue nō vicioſe gen⁹ cōsiliū vite ōne
cōtulerit: is ꝛstātiā teneat. Id. n. maxie
decet: nisi forte se erasse itellexerit i deli
gēdo genere vite. Quod si acciderit (pōt
autē accidere) faciēda morū īstitutoꝝq;
mutatio est. Eā igit̄ mutatōez si tēpora
adiuuabūt: facili⁹ cōmodiusq; faciem⁹

tēporis cōditio nō adiuuabit ¶ Sensim/paulatim q̄tum ad aīm· ¶ Pedetentim/ad actionē· Pedetētim dicit quasi suspenso pede ⁊ tento incedere quasi paulatim/ut faciunt ceci/qui ne offendāt/pedetentim ābulant. Profiscit quis Athenas/ut det operā mathematicis/quib⁹ postq̄ auspiciū deserit/cognoscet se ineptū/nō dēt ex abrupto illam disciplinā omittere/ne videat leuis atq; imprudens:sed pedetentim ad alias disciplinas se cōferre/si tamē cōditio tēporis suffragaret/ vt scz aliqua necessitate urgēte in patriā redire cogatur/faciliusq; cōmodi⁹ uite institutum poterit mutare/ ⁊ ꝓbat a simili ¶ Censent sapiētes/iudicant docti viri. in Lelio ait: Cuz possunt sepe vicia amicoz:tum in ipos amicos/tum in alienos/quoz tamē ad amicos redundet infamia. tales igit amicicie sunt remissiore usu leuande/ ⁊ ut Catonez dicere audiui/dissuēde sunt/ nisi quedā intolerabilis admōm iniuria exarserit/ut neq; rectum neq; honestuz sit neq; fieri possit/ut nō statim alienatio disiunctioq; facienda sit. ¶ Magis decere/ cōuenire virtuti ⁊ viro graui atq; constanti. ¶ Cōmutato āt/docet quid agendū sit post cōmutationem vite. ¶ Genere/qualitate vite ⁊ instituto in quo nō poteramus decoz seruare. ¶ Bono cōsilio· ne postea itez relinquamus locū penitentie· Aliquis ad munera reipu· obeunda se cōtulit/si ad ea nō est aptus/pedetētim se retrahere dēt/ ⁊ nō statim auolare/quod ē hominis imprudētis ⁊ quasi furiosi. Ideo cū mō agenda sunt ōnia/ ⁊ eo cōsilio ut nō videamur leues · ¶ Sz qm̄ paulo ante/corrigit preceptū illud de parentū imitatiōe/ dicitq; nō eē imitandos parentes in viciis/ sed in bonis moribꝰ ⁊ ēt nō eē imitandos in eo a quo nostra natura abhorret/qm̄ seruari nō poterit decorū. ¶ Excepcium/hoc in primis excipiamus ¶ Deinde/hec est altera exceptio· ¶ Si natura nō feret/nō patiet/ ⁊ aliena penitꝰ erit a tali imitatiōe· Et affert exēplum filii aphricani maioris/qui ꝓpter malā valitudinē nō potuit in rebus bellicis patrē imitari/quib⁹ maior aphrican⁹ vl̄ maxime claruit. Hic cū eēt valitudinarius/scipionē filiuz pauli emilii sibi adoptauit/qui cognominatus est aphrican⁹ minor/cuiꝰ auus p adoptionez maior dictus ē.

Sin minus: sensim erit pedetentiq; facienda: vt amicicias que minus delectent ⁊ minus probentur/ magis decere cēsent sapientes sensim dissuere: q̄ repente precidere. Cōmutato autez genere vite/ōni ratione curandū est: vt id bono consilio feciſſe videamur. Sed quoniā paulo ante dictū est imitādos eē maiores: primū illud exceptuz sit: ne vicia sint imitāda: deinde si natura nō feret: vt quedā imitari possint: vt supioris aphricāi filiꝰ q

Vnde Cato apud eũdem Ciceronẽ loquẽs de Carthagine sic Scipionẽ emilianum alloquit. Cuã palmã/ut immortales dii tibi reseruent: ut aui tui reliquias cõsequare/id est aphricani maioris/q̃ carthaginẽ tributariã fecit/ quã postea eius nepos per adoptionẽ filii euertit/ꝛ cineres in capitolium rettulit. ꝛ alibi dicit idẽ/q̃ fuit imbecillis. ℙ. aphricãi filius/is qui te adoptauit/q̃ tenui aut nulla potiꝰ valitudine/quod nisi ita fuisset/altiꝰq̃ ille excitissꝫ lumẽ ciuitatis.

Et in Bruto dicit Cicero ipm scipionẽ accepimus nõ fuisse infantẽ. filius quidẽ eiꝰ is/qui minorẽ hũc scipionẽ a paulo adoptauit si corpore valuissꝫ/in pmis habitus esset disertus.

¶ hunc paulo natuꝫ / scipionem filium pauli emilii macedonici.

hũc paulo natũ adoptauit ꝓpter infirmitatẽ valitudis/non tã potuit patri similis esse: q̃ ille fuerat sui. Si igit nõ poterit siue causas defẽsitare: siue populũ cõciõibꝰ tenere: siue bella gerere: illa tñ prestare debebit/que erũt in ipsiꝰ potestate/ iustitiã/fidem/liberalitatẽ/modestiã/tẽperantiã: quo minus ab eo id quod desit requiratr. Optia ãt hereditas a patribꝰ

¶ patri / aphricano maiori clarissimo imperatori. ¶ Fuerat sui: publii scipionis patris sui/ qui cõsul hãnibali descendenti ex alpibus occurrit/ꝛ ad Ticinũ pugnauit/quꝫ vulneratũ filius scipio tunc adolescẽs/qui postea maior aphricanꝰ appellatꝰ ẽ/humeris in castra rettulit. hic scipio ut dictum ẽ/ vna cũ fratre Gneo in hispania occubuit/ꝛ duo fulmina belli sunt appellati. huiꝰ. ℙ. scipionis filiꝰ fuit aphricanus maior: Gnei ãt filius fuit scipio nasica. aphricanꝰ igit potuit imitari patrẽ suũ in laude bellica: se vero filius valitudinariꝰ imitari nõ potuit ergo cũ natura nõ patit/elaborandũ nõ ẽ/qm̃ frustra fit ꝛ citra decoruꝫ.

¶ Si igit/precipit Cice. quid illi agendũ sit/qui ꝓpter imbecillitatem corporis nõ obire põt munera grauiora/ꝛ agere causas forenses/q̃ bona laterа ꝛ beatã vocẽ requirũt. Debet inq̃t hẽre alias virtutes/ꝛ in ipis adeo clarere/ut id quod prestare nõ põt ꝓpter valitudinẽ/non multũ ab eo requiratur. ¶ Defensitare/in iudicio alios sepe defendere/ꝛ tractare genus iudiciale: quod maximã vim requirit. ¶ Cõtionibus: tenere populũ/ versari in genere deliberatiuo/ꝛ suasoriis oribus vti/ꝛ mouere populũ ad quoscũq̃ affectus ꝓ salute cõi/ꝛ sua eloquẽtia persuadere ea q̃ sint e repu. qđ ẽ officium vehemẽtis oratoris. ꝛ sic duo genera difficiliora accepit/iudiciale et deliberatiũ. ¶ Id quod desit/qđ nõ põt prestare. ¶ Optima ãt: dicit quid sit optimũ/quod relinquit filiis/imitandũ a parẽtibus. Gloria inquit est rerũ gestaꝝ ꝛ virtutis/quã filii bene instituti sustinere ꝛ illustrare debent. Vnde illi maxime vituperãdi sunt/ qui voluptatibꝰ immersi a maioribꝰ

suis degenerãt. Interrogatus plato: quenã filiis cõparanda/ ꝛ relinquẽda eẽnt: respondit ea q̃ nõ grandinez/ nõ vim/ nõ ipm denqꝫ Iouẽ extimesce rent. Et suis discipulis dicere solebat: Pcio labores anteponite/ ni rubigi nem splendori prestare putatis. Cetera omnia/ dicebat hesiodus/ nõ ma gis possidentiũ sunt qꝫ cuiusqꝫ ut in talario ludo huc ꝛ illuc transeũtia/ so la virtus ꝛ viuenti ꝛ mortuo stabilis ẽ ꝛ firma possessio. Solon dicebat/ Nõ permutabimus cũ vtute diuicias/ qm̃ vir tus firma. diuitias vo alias alius possidet.

tradit liberis/ õiqꝫ patrimõio pstãtior/ gloria virtutis rerũqꝫ gestarũ: cui dede cori eẽ nefas ꝛ viciũ iudicãdũ ẽ. Et qm̃ officia nõ eadẽ disparibꝰ etatibꝰ tribuũ tur: aliaqꝫ sũt iuuenũ/ alia seniorꝫ: aliqd etiam de hac distinctione dicendus est.

¶ Adolescentis officia.

Est igit adolescẽtis maiores na tu vereri: ex hisqꝫ eligere optios ꝛ pbatissimos: quorũ cõsilio atqꝫ autori tate nitat. Ineũtis enim etatis inscicia/ senum cõstituẽda ꝛ regẽda prudẽtia est.

¶ Cui/ glorie ꝛ splẽdo ri nois paterni afferre dedecus. ¶ Et qm̃ offi cia/ facit transitionẽ/ ꝛ cuiqꝫ etati ꝓpriuꝫ mu nus assignat. ¶ Dispa ribꝰ/ diuersis. ¶ Aliqd etiaꝫ/ ut de aliis rebus disputatũ ẽ. ¶ Distinc tione/ diuisione ꝛ diuer sitate etatũ.

Est igit adolescen. describit nũc ado lescẽtis officia. ¶ Ma iores natu/ seniores. Hoc in ꝑmis obseruauerunt Lacedemonii ex Lycur gi institutis ꝛ legibus. Vnde scribit in Catone maiore Lysandruꝫ lacede demonium dicere solitũ/ lacedemonẽ eẽ honestissimũ domiciliũ senectutis/ nuscꝫ. n. tm̃ tribuit etati/ nuscꝫ ẽ senectꝰ honoratior. Et apud Romanos in precio erat senectus/ ꝛ multũ erat precedere in quattuor ãnis/ vt Saty rus scribit. ¶ Optimos/ q̃tum ad seipos/ id est virtute preditos. ¶ Pro batissimos/ ad famã/ ꝛ sic autoritatis plenos. ¶ Cõsilio/ hoc refert ad op timos/ qm̃ optimi viri bene cõsulunt/ cũ sint iustissimi. ¶ Autoritate/ hoc refert ad pbatissimos/ qm̃ apud õnis tã habent magnã autoritatẽ/ qui re bus gestis ꝛ iusticia clari sunt ꝛ pbati. ¶ Nitat/ firmet se/ qm̃ adolescẽtia lubrica ẽ ꝛ plena affectuũ/ ideo facile labit. Vnde firmãda ẽ cosilio senuꝫ in quibus ipi affectus sedati sunt ꝛ cõpositi/ ꝛ inest rcã rõ. Nulla res inãt Seneca/ magis animos honestate induit/ dubioscꝫ ꝛ in prauũ indeclinabi les reuocat ad rem̃ q̃ bonoꝝ viroruꝫ cõuersatio. ¶ Ineuntis/ incipientis. ¶ Inscicia/ imprudẽtia. prudentiã quippe hẽre nõ põt/ cũ nõ hẽat experiẽ tiam rerꝫ. doctrinã hẽre poterit/ q̃ in ingenio cõsistit/ sꝫ prudẽtia vsum rerꝫ requirit/ ꝛ ideo adolescẽs nõ põt eẽ prudẽs/ doctꝰ ãt eẽ põt. ¶ Cõstituẽda/

diſponenda ꝙ formanda ad virtutē. ¶ Maxime āt/ dat aliud preceptuz. Juuenalis etiā dicit: Maxima debet puero reuerētia. ¶ Hec etas: adoleſcē tia/ que libidinibus eſtuat. Et Diogenes videſ adoleſcentē effeminari/ nō pudet dixit/ deteriꝰ q̄z naturā ipam de teipo ſtatuere. illa enīz te vīz fecit/ tu te cogis mulierē fieri. Fit etiaz (inquit Ariſtoteles in libris de hiſtoria animaliū/ loquēs de pubertate) ut per id tēpus puelle cuſtodiri precipue dēant. maxime eniz ad vſuz rei veneree incitā tur/ cū hec incipiunt/ ꝙ q̄ admoduz puelle con cūbunt/ libidinoſiores adoleſcūt: ꝙ mares ſiue altera parte ſiue utraq̄ minus caverint/ ꝓpen ſiores eoꝺez efficiunt. meatus enim laxant/ / reꝺꝺuntq̄ ad id corpꝰ lubricū ꝙ diſpoſituz/ et ſimul uoluptatis prete rite memores deſiderio mouent preterite cōtre ctationis. ¶ Poſt ānum ter ſeptimū ē mulierꝫ ꝓ creatio/ ante cōcipiūt quidez/ ſed impfecta ꝙ exigua pariunt. ¶ In labore/ quod faciebant in primis Lacedemonii/ ut labor obduceret callu ꝺolori. ¶ In bellicis/ q̄ztum ad labores corporis ¶ Ciuilibꝰ officiis/ ad labores animi. ¶ Induſtria/ ſtudioſus labor. ¶ Atq̄ etiā/ dat preceptū quid ipis adoleſcētibꝰ faciundū ſit/ cū laboribus defatigati aīm relaxare voluerint ꝙ iocari ſiue ludere. ¶ Verecūdie/ pudoris qui malis conatibꝰ obſtat. Cū Diogenes vidiſſet adoleſcentulū rubore perfuſum ꝓpter pudorē dixit: Cō fide fili/ huiuſmōi ē virtutis color ¶ Caueāt intēperantiā/ q̄ oīm maloꝝ cā eſt/ ꝙ corrūpit prudentiā/ ſine qua nō pōt intelligi vlla virtꝰ. ¶ Si eiuſ modi quoq̄/ quēadmōm in rebus ſeriis. ¶ Eiuſmōi rebꝰ/ iocis ꝙ ad animi relaxationē cōparatis. Omnino/ inquit Plato in legibus/ inducēdi ſunt ſe niores: ut ſeſe aliquādo vino exhilarent/ qm̄ exhilarati ſine moleſtia intere runt ludis iuuenū ꝙ preſentia ſua coercebunt eoꝝ laſciviam. Magna pars peccatoꝝ tollit inquit Seneca/ ſi peccatori teſtis aſſiſtit/ ꝙ oīa mala nobis ſolitudo perſuadet.

Maxīe aūt hec etas a libidinibꝰ arcēda ē: exercēdaq̄ i labore patiētiaq̄ ꝙ aī ꝙ coꝛ poris: vt eoꝝ ꝙ in bellicis ꝙ ciuilibꝰ offi ciis/ vigeat induſtria. Atq̄ ēt cū relaxare animos/ ꝙ dare ſe iucūditati volēt: caue ant intemperantiam: meminerīt verecū die: quod erit facilīꝰ: ſi eiuſmodi quoq̄ rebus maioꝛes natu intereſſe velint.

¶ Officia ſenum.

Enibꝰ āt labores coꝛpoꝛis ſunt minuēdi: exercitatōes aīmi ēt qui dēnt abſtinere laboribus corporis: ꝙ exercere aīm/ in medīū cōſu lere/ ꝙ prudētia regere alios. arma. n. ſenectutis ſunt artes/ exercitatōneſq̄

virtutũ. dẽnt senes cõsilio ꝛ autoritate rẽpu. regere/ ꝛ iuuenes ad virtutẽ formare/ ꝛ illoꝝ affectib9 mõm imponere legib9 ꝛ institutis. inquit Cato apud eũdem Cice. Vacat etas nrã muneribus his/ q̃ possunt sine viribus sustineri. Itaq̃ nõ mõ quod nõ possumus/ sed nec q̃tuꝝ possim9 quidẽ cogimur. Cõsiliis ꝓfecto iuuenũ/ ꝛ gubernatiõe respu. labefactant. senuꝝ est hoc munus/ operepreciũ erat quondam senatores videre romanos tante autoritatis/ ut Cyneas pyrrhi legatus/ cũ Romaꝝ uenisset/ de pace acturus/ ꝛ illi senatus datus cẽt/ rediẽs ad pyrrhum. dixerit senatum romanũ multorũ regũ consessum sibi visuꝝ eẽ Is etiam reipu. ꝓdest inquit Sene. qui iuuentutem exhortat/ qui in tanta bonoꝝ preceptorum inopia virtute instruat animos/ qui ad pecuniaꝝ: luxuriãq̃ cursu viuentes prensat ac retrabit. ¶ Dãda opera/ curandum est ipsis senibus. ¶ Languori/ q̃tum ad animũ ꝛ cogitationem ¶ Languor ẽ torpor ꝛ inertia. ¶ Desidie/ pigricie. cũ diceret diogeni: Senex es/ iã a labore cessa: Quid. n. respõdit/ si in stadio currerẽ/ ad finẽ oporteret cursum remittere/ ꝛ nõ magis intendere. ¶ Luxuria/ quedã supfluitas in õnibus reb9/ ꝛ maxime uenereis. ¶ Si ãt/ ponit malũ qđ sequit ex senũ luxuria/ ꝛ libidinũ intẽperãtia ¶ Accesserit/ adiũcta fuerit. ¶ Cõcipit dedec9/ q̃m senex luxuriosꝰ ꝛ libidinosꝰ ẽ infamis/ ꝛ aliis ꝓbet malũ exẽplũ. ¶ Impudẽtiorẽ. i. Facit ut ipm adolescẽtem minus pudeat peccare/ cuꝝ videat exẽpla senũ. Ergo tales homines duplici pena digni sunt.

augẽde vidẽt: dãda vero opa: vt ꝛ amicos ꝛ iuuẽtutẽ/ ꝛ maxĩe rẽpu. consilio ꝛ p̃udẽtia q̃plurimũ adiuuẽt. Nihil aũt magis cauẽdũ ẽ senectuti: q̃ ne lãguori desidieq̃ se dedat. Luxuria vero/ cũ õni etati turpis: tuꝝ senectuti fedissima est. Si autem ꝛ libidinũ intẽperãtia accesserit: dupler malũ est: q̃ ꝛ ipsa senect9 cõcipit dedecus: ꝛ facit adolescentium impudentiorem intemperantiam;

¶ Officia diuersaꝝ psonaꝝ ꝛditionũq̃.

a

Hic ne illud q̃dem alienũ ẽ/ de magistratuuꝝ/ de priuatoꝝ ciuiũ/ de peregrinoruꝝ officiis dicere. Est igitur prop̃riũ mun9 magistratus/

Hic ne illud quidẽ. Nunc precipit quid agenduꝝ his sit/ qui sunt in alio magistratu/ quid priuatis/ quid ciuib9/ quid peregrinis. ¶ Magistratuũ/ eoꝝ q̃ sunt in magistratu. ¶ Priuatoꝝ/ sine magistratu. ¶ Est igit̃/ incipit assignare officia his qui sunt in magistratu ¶ Magistrat9/ illius q̃ publico munere fungit̃: ꝛ refert persone totiꝰ ciuitatis. Unde op9

est seruare decor/ et ita viuere/ut ciuitatis dignitas retineat: nihilq; facere quod illã imminuat. ¶ Intelligere/ animaduertere se eẽ personã publicam. ¶ Eius/ ciuitatis dignitatẽ/ et decꝰ. ¶ Sustinere/ cõseruare et tueri/ nec mouere leges/ sed illas seruare/ et iura siq̃ sunt ciuitati necessaria describere/ et habere ante oculos hec eẽ cõmissa eius integritati fideiq;. ¶ Priuatũ aũt/ nunc de officio priuati hominis. ¶ Equo/ iusto. ¶ Pari/ equali/ nõ dẽt se aliis p̃ferre/ nec aliq̃d sibi assumere preter eq̃tatem. ¶ Neq; submissum/ debet ita se gerere inter ciues inq̃t/ vt eiꝰ dignitas poscit tenereq; medium/ nec se nimiuꝫ efferre ne videatur insolẽs/ nec se submittere vt videat contẽnendꝰ: nec aliquos in repu. tumultus excitare: sꝫ uelle õnia trãquilla/ ut decꝫ bonum ciuem. ¶ Abiectum/ negligentem suam dignitatẽ. ¶ Talem. n. qui ita cum suis cõciuibus viuit et in repu. bonus ciuis appellat. ¶ Peregrini autem/ nũc de officio peregrini/ qui in sua ciuitate nõ est. Hospes dicit amicus externus/ et qui est in aliena ciuitate. incola dicit qui in alterius regione habitat et in aliena ciuitate atq; repu. Accola dicit qui ad locũ habitat/ ut accola fucini accola padi. Inquilinus dicit qui in aliena domo cõducta habitat. ¶ Minime curiosum: Curiosus dicit qui ea inq̃rit et curat que ad se nõ pertinent. Officiosus dicit is q̃ plenus officio. Vnde vinosꝰ mulierosus morosus significãt copiã quãdã immodicã rei sup qua dicit. Omnia enim noĩa sic declinata nimiũ ac preter mõm significant. ut vinosus famosus et similia. Sed ingeniosus officiosus speciosus laudant/ qm̃ declinant ab illis/ in q̃bus nõ est ille modus adhibendus. quippe ingenium officium disciplina cõsiliuꝫ victoria facũdia et similia/ sicut ipe virtutũ ãplitudines nullis finibus cohibent/ sed quãto maiores/ tanto laudabiliores sunt/ sic illa ãplitudine sua magis laudant. Illa uero sunt in vicio/ que ab illis formant/ in quibus oportet cõstituere mediuꝫ/ quod si transgredit quis/ viciũ est/ ut vinosus/ id ẽ nimiũ vino deditus/ quod ẽ cõtra tẽperantiã/ et sic de similibꝰ. autor ẽ Gelliꝰ. ¶ Itamodis supra dictis. ¶ Fere dixit/ ut vitaret arrogãciã/ id ẽ cũ quid cõueniat

intelligere se gerere personã ciuitatis: debereq; eiꝰ dignitatez et decꝰ sustinere: seruare leges: iura describere: et ea fidei sue cõmissa memisse. ¶ Priuatũ aũt oportet equo et pari cũ ciuibꝰ iure viuere: neq; sũmissũ et abiectũ/ nec sese efferẽtẽ: tũ i rep. ea velle que trãquilla et honesta sint. Talem. n. et sẽtire et bonũ ciuẽ dicere solemꝰ Peregrini ãt et icole officiũ ẽ/ nihil p̃ter suũ negociũ agere: nihil de alio iquirere minimeq; i aliena eẽ repu. curiosũ. Ita fere officia reperiẽt: cũ quereꝫ qd deceat:

personis/ꝛ quid vnūquēq; deceat/ tunc reperiē officiuz/ quod ē actio cum virtute. debemus igit̄ querere quid cuiq; cōsentaneum sit/ꝛ sic officiuz poterit assignari. curiosus inquit Plato/ nemo est qui nō sit maliuol9 Tē poribus/ qm̄ nō cuiq; tempori ōnia cōueniūt. ꝛ hec temporis circūstantia cōsideranda ē/ꝛ etiam alie que ad officiuz inueniendū maxime cōducunt. Sūt.n.ut dictū ē/ quedaz officia a circūstantiis. Vnde opus est cōsiderare personas ꝛ etates: si volum9 inuentre officiū.

et qd aptū sit personis tēpoꝛib9 etatib9. Nihil ē āt qd tā deceat: q̄z ī ōi re gerēda ꝛsilioq; capiēdo/ seruare ꝛstātiā; (tu.

Decoꝛ qd ī dictis ꝛsistit ꝛ coꝛpoꝛis motu ꝛ statu cernit̄: idq; positū est in trib9 rebus/ foꝛmositate/ oꝛdine/ oꝛnatu ad actionem apto: difficilio9 ad eloquēdū: sed satis erit intelligi. In his āt tribus cōtinet̄ cura etiā illa: vt pbemur ab his cū quib9/ ꝛ apud quos viuam9.

Nihil est autem/ dat generale preceptum de ipo decoro. Nihil ē inquit qd magis boiem deceat / q̄z in ōni vita seruare constantiā/ id ē animi stabilitatem: hāc constantiā habere non possunt bi/ q affectib9 seruiūt. Constantiā: nō mutare ꝓpositu vite ꝛ institutū/ ꝛ nō agere dissimilia que inconstantiam indicant.

Sed quoniaz decorum illud: Dixit hactenꝰ de decoro quod in factis positū ē/ iā dicz de decoro. quod in dictis motuq; corporis cōsistit. Idq;/ decoꝛ. Formositate/ pulchritudine de qua precipiet ꝛ etiā ordine. Ornatu ad actionē apto/ qm̄ nō oēs actiones eūdem ornatū requirūt. quippe in cōciōibus eo ornatu dēmus vti/ quē locus poscit/ aliter cū in cubiculo studemus/ cū sacris operamur. Igit̄ ipe ornatꝰ dēt accōmodari ad actionez/ ꝛ qz quodāmō impossibile ē p̄scribere quo ornatu in singulis actiōibus vti dēam9/ cū hoc sit prudētie relinquendū/ q̄ in q̄cunq; re/ q̄d deceat cognoscit/ ideo dicit difficilio9 ad eloquēdum/ sed satis erit intelligi. Omnia enim agenda sunt secundum temporis conditionem. Difficilius ad eloquēdum/ difficile est inquit hoc decoruz positum in his tribus rebus explicare orōne ꝛ diiudicare quando est/ꝛ p̄scribere/ quale in singulis rebus esse debeat/ sed satis erit/ q̄ intelligatur in his tribus positum esse/ de quibus precepta dabit. In his tribus/ formositate ordine ornatu. Vt ꝓbemur/ laudemur/ qm̄ nihil est agendū quod eos offendat/ quib9 cū viuim9/ ut ostēdere pudēda ꝛ eas partes q̄s natura occultauit. ꝛ sic Ci. describit cōpositionē corpis humani/ ut oñdat boiem dēre eē verecūdum volēte natura/ q̄ partes corporis ita disposuit.

His quoq; quẽadmõm dictũ ẽ/ ꝛ dicenda erunt de quibusdam. dicam⁹ inquit etiam aliqua de his/ que pertinẽt ad verecundiam/ ꝛ quibus homines mouent ut aliquem laudent/ aut vituperent. ꝛ his absolutis de pulchritudine disputabit.

Principio: Ponit humani corporis compositionẽ/ ut ostendat habendam esse curam pudoris duce natura ꝛ omnez actionem nature accõmodari oportere. aliter enim decorũ non seruatur. Principio/ primum oĩm. Habuisse rationem/ considerationem in ipa compositione corporis. In pmptu/ in aperto/ ut ab oĩbus cerneret. Honesta/ sine turpitudĩe aliqua/ que posset spectari ad necessitatem/ quoniaz partes illas obscenas mentulam anũ vuluam opus est seruire necessitatibus naturalibus. Abdidit/ occultauit. abdere ẽ in intimis occultare. De formez/ turpem ꝛ inbonestum. Hanc fabricam/ diligentez compositionem/ qm̃ ipa natura subit rõnem architecture. Verecundia: pudor: ut id vitet ꝛ tegat/ quod turpe est duce natura. Hec eniz/ ꝓbat quomõ verecundia imitata est fabricã nature. Qui sana mente/ qui non sunt furiosi. sanitas animi dicit̃/ cum eius iudicia/ opinionesq; concordant/ eaq; animi virtus est/ quam temperantiam dicunt esse/ alii obtemperantez temperantie preceptis. Insania dicit̃ morbus animi. Sapientia vero est sanitas mentis. eos inquit alibi sanos intelligi necesse est/ quoz mens morbo perturbata nullo sit: qui contra affecti sunt/ hos insanos appellari necesse est. Remouent ab oculis/ non patiunt̃ ab aliis cerni/ cuz habeãt turpem aspectum. Dantq; operam/ ut pareant: Struent parere necessitati ipius nature occulte/ ut merere/ onus egerere ventris/ non ꝓpalam/ sed occulte ꝓpter verecũdiã. Quarũq; partiũ/ id est illi qui sunt sane mẽtis nõ appellãt ꝓpriis nominib⁹ illas ptes/ quaz vsus nature sunt necessarii.

His quoq; de rebus pauca dicantur.

Decorũ a verecundia.

Principio corporis nostri magnã natura ipsa videt̃ habuisse rationẽ: que formã nostrã reliquãq; figurã in qua esset species honesta/ eã posuit in prõptu. Que ãt partes corporis ad naturę necessitatẽ date/ aspectũ eẽnt deformez habiture atq; formã: eas q; texit atq; abdidit. Hanc nature tã diligẽtẽ fabricã/ imitata ẽ hoĩm verecũdia. Que. n. natura occultauit/ eadẽ oẽs q sana mẽte sũt/ remouẽt ab oculis: ipsiq; necessitati dãt opã: vt q; occultissime pareãt. qrũq; partiũ corpis vs⁹ sũt necessarii: eas neq; ptes

¶ Neq; vsus/qm̃ pudor ẽ dicere futui ⁊ similia. ¶ Suis nominib⁹/apertis sine aliquo pudore/quod nõ fit ab illis qui e natura viuunt. ¶ Obscenuz/turpeꝫ dra hominis dignitatẽ ⁊ pudorẽ. ¶ Id/qđ cũ occulte fit/nõ est turpe/necessitas enim nature hoc requirit. sed si in aperto fieret turpissimum esset. ¶ Itaq; concludit hanc partem/dicens apertam actionẽ dignam eẽ reprehensione/⁊ etiã verboꝫ obscenitatẽ. ¶ Petulans dicit̃ inuerecũdus/lasciuus/libidinosus/⁊ qui licenti⁹ õnia facit. vñ ¶ Paris apud Ouidiũ: ¶ Magis posseꝫ verbis petulantius vti Non semel ebrietas ẽ simulata mibi. ¶ Obscenitas/turpitudo/si aliquis ꝓfiteat̃/⁊ predicet se turpia cõmisisse.

neq; earũ vsus/suis nomib⁹ appellant. quodq; facere nõ ẽ turpe/mõ occulte: id dicere obscenũ ẽ. Itaq; nec actio reꝫ illarũ aperta/petulãtia vacat: nec oꝛõis obscenitas. Nec vero audiẽdi sunt cynici: aut si qui fuerunt stoici pene cynici/qui reprehendũt et irridẽt: q̃ea que turpia re nõ sint/ verbis flagitiosa dicamus: illa aũt que turpia sũt/ nomibus appellemus suis. latrocinari/fraudare/ adulterari turpe est: sed dicitur non obscene.

¶ Nec vero/ reprobat opinionẽ Cynicoruz ⁊ sentẽtiaz/que õnino uerecũdie inimica est. Cynica secta dicta ẽ autore Laertio in vita Anthistenis a Gymnasio quod Cynosarges appellabat̃. Diogenes sinopẽsis fuit princeps Cynicorum. Sed Anthistenes videt̃ fuisse princeps stoice virilis secte. Cynicus dicitur caninus/qm̃ Cynici erãt mordaces/ut canes ⁊ ablatratores viciozꝫ. Diogenes Cynicus dicebat vxores cões esse oportere: Nihil eẽ iniquuz ducens ex templo quippiam accipere/aut aliqđ gustare aĩal/ne iniustũ quidẽ eẽ humanis vesci carnib⁹/idq; ex aliaꝫ gentiũ consuetudinib⁹ liquere/atq; hec rcã rõe in õnibus ⁊ per õnia eẽ dicẽs. ⁊ rogat⁹ quidnã faciẽs canis vocaret̃ respõdit/qz dãtibus aliquid blãdior/in eos vero q̃ nõ dãt ablatro. malos ãt mordeo. Prãdenti Diogeni in platea circũstantes dicebãt/canis canis: At ille/ vos inquit canes estis/qui prãdẽtez circũstetistis. Lactãtius li. iii. sic scribit: Nã quid loquar de Cynicis: quib⁹ in ꝓpatulo coire cũ coniugibus mos fuit/ quid mirũ si a canibus quoꝫ naturã imitabant̃/ vocabulum nomẽq; traxerunt? ¶ Stoici pene Cynici/qm̃ erant rigidi cõtẽnentes oĩa veteres stoici ⁊ a cynicis nihil fere differebãt. ¶ Reprehendũt/alios pbõs/q̃ bñt curã honestatis in ipis actiõibus. ¶ Flagitiosa: obscena ⁊ turpia/qm̃ dicunt̃ cũ q̃dã obscenitate uerboꝫ. ¶ Latrocinari/obsidere vias ⁊ obsidẽtes opprimere. ¶ Fraudare/fraude decipe/ac cõmittere adulterium. ¶ Dicit̃ nõ obscene/ nemo reprehẽdit hec uerba tãq; turpia. dicebãt cynici

cũ rem turpẽ detestabilẽq; significent. ¶ Liberis dare operã: inire uxorem liberoꝝ; procreandoꝝ cã. ¶ Re ipo actu. ¶ Nomine/cũ dicit. ¶ Nos aũt/ dat optimũ preceptũ/ostendẽs quid circa talia sit agendũ/ut scilz õnia fugiamus/q; cum uident ab aliis nõ laudant/ꝛ cũ audiunt/turpitudinẽ habent/id ẽ cauere dẽmus/ne turpia facere uideamur/ nec ea loqui dẽmus/q; aures aliorꝝ offendant ¶ Nos/qui spernimus sectã cynicã/ꝛ stoicos uere res pene cynicos ¶ Naturaz/que nobis impo suit uerecundiã/ꝛ corpa ita disposuit: ut summam honestatis rõem uideat habuisse ¶ Oculorum/ q; tum ad factũ ipm quod uidet. ¶ Auriuz/ ad uerba obscena id ẽ uitare debemus ea q; aut uisu aut auditu possunt uituperari/ ut duz stamus/sedemus/ ingredimur/accubamꝰ seruet decoꝝ. sint enim moꝰ corporis nature congruẽtes/sunt etiam cõtra naturã/a quibꝰ cauendum ẽ/ne munꝰ nature odisse uideamur. ¶ Teneant illud decoꝝ/ne sc; aliquid faciant quod oculos aliorꝝ offendat. Tẽporibus nostris hoc solũ perditi boies ꝰ impuri ex cynicoꝝ dogmate imitantur/ ut nullam habeant uerecundie rõem ꝰ pudenda ostẽdunt ꝰ in malis gloriant. Unum supest/ut palã scortent ꝰ ritu feraꝝ quas uiuũt/in foro turpiter cõmisceant/quod pfecto erit/ut uidere uideor/ adeo impudentie habenas monstrosi cõcubitus artifices remiserunt. ¶ Quibꝰ in reb⁹: ponit ea q; uitãda sunt in his reb⁹ q; dixit. ¶ Effeminatũ/muliebre. ¶ Aut molle/paꝝ uirile. mollis cũ refert ad aĩm/ uituperat/cũ uero ad res inanimatas/ laudat/ut molle opus. i. elegans ꝰ bene elaboratũ cũ summa laude opificis. Uirgilius in. vi. Excudẽt alii/spirãtia mollius era. i. perfectius ꝰ elegãtius. Mollis hõ dicit paꝝ uirilis. Effeminatũ igit erit q; tũ ad actionẽ/ molle ad aĩm. ¶ Rusticũ/paꝝ elegãs ꝰ minime expolitũ. ¶ Nec uero histrionibus/inquit Cice. etiã histrionibꝰ ꝰ oratoribꝰ nõ concedunt gestꝰ indecori/qõ cũ ita sit/multo minus cõcedunt aliis/ ut hec q; pertinẽt ad motuz corpis ¶ Sint apta/accõmodent/ꝰ illis cõuenãt/hoc inquit Ci. cõcedendum nõ ẽ/qm quẽadmõm nobis gestus indecori nõ cõueniũt ꝰ impudẽtes sic ẽt ipis histrionibꝰ ꝰ oratoribꝰ. ¶ Nobis qui nõ sumꝰ actores ꝰ scenici.

Liberis dare operã re honestũ ẽ: noie obscenũ. pluraq; in eã sniam ab eisdẽ ꝓtra verecũdiã disputãtur. Nos aũt naturã seq̃mur: et ab õni quod abhorret ab ipsa oculoꝝ auriũq; cõprobatiõe fugiamus. Statꝰ/icessus/sessio/accubatio/ vultꝰ/ oculi/manuũ motꝰ teneãt illud decoꝝ. Quibꝰ in rebꝰ duo sũt maxie fugiẽda: ne qd effemiatũ aut molle: aut ne qd durũ aut rusticuz sit. Nec uero histriõibꝰ oratoribusq; ꝓcedẽdũ ẽ: ut his hec apta sit/

Quo in genere/eoꝝ ſcz que vituperantᵉ/ cum nō apte fiunt/ a naturaqꝫ recedunt. Nō eſt incōmōm/ immo utile ē iudicare in aliis quale ſit vnū quodqꝫ ſupradictoꝝ/ ut nos cauere poſſimus/ ſi aliquid preter decoꝝ fieri cognoſcimus. Nā magis deprehēdimus errores aliorū qꝫ noſtros. Dū magiſtri cum diſcipulos reprehēdere volunt/eos imitantᵉ/ ut diſcipuli videndo cognoſcant/ qꝫ dedeceat id/in quo reprehendunt. Quapropter ānacharſis ſcyta ītterrogatus/quo pacto quis abſtemius fieret:reſpōdit ſi ebrioſoꝝ motus ſibi ante oculos ponat. Et Plato ebriis ꝫ iratis ꝑcipere oſulereqꝫ ſolebat ut in ſpeculo vultus in ſpicerent ſuos/ ut viſa deformitate/ vicia fugerēt. Et lacedemonii ſeruum ebriū in cōſpectū filioꝝ adducebant/ vt in ipo turpitudinē ebrietatis inſpicerent/ ꝫ ea abſtinerēt. In aliis/ quoniaꝫ vnuſquiſqꝫ ſibi placet / ideo ſuos errores nō facile iudicat Pauci enim in ſe ipſos deſcendunt/diligentius inſpicientes aliena peccata qꝫ ſua Vnde dicit Seneca: Aliena vicia in oculis habemus/ a tergo noſtra ſunt. In diſcernendo/iudicando. Quorum/id eſt diſcipuli quorum vicia magiſtri repreſentant cauſa emendandi/viſa deformitate vicii quod illi imitantur/ad irriſionem facillime corriguntur/cum vicia plane diſcernant. Emendādi cauſa/ut diſcipuli emendentur. Nec uero alienuꝫ eſt: Monet conſulēdos eſſe viros vſu peritos/ne locus penitentie relinquatur. Naꝫ ſi conſilio prudentum voluerimus vti/nunqꝫ errabimus/ꝫ mediocritas ipa retinebitur/ quā ipe prudens definit ꝫ ſtatuit. Non eſt alienum/immo conducit/ vt ſingula ꝫ minima errata cognoſcantur Que afferunt dubitationem/de quibus dubitatᵉ/an in officio ſint. Doctos/doctrina preſtantes. Vel vſu/experientia rerum. Exquirere/ diligenter percōtari quid illis videatur agendum/ꝫ quid fugiendum tanqꝫ turpe. De vnoquoqꝫ genere officii /omnibus actionibus/que officioſe debent eſſe ꝫ cuꝫ virtute ac modo.

apte eorū fiat: quid ab officio naturaqꝫ diſcrepet. Quo in genere nō eſt incōmodum quale quidē eoꝝ ſit ex aliis iudicare:ut ſi quid dedeceat in illos vitemus ꝫ ipſi. Fiet.n.neſcio quo mō:ut magis in aliis cernamꝰ qꝫ in nobiſmetipſis:ſi qd delinquitᵉ. Ita facillime corriguntᵉ ī diſcernendo vicia: quoꝝ imitantᵉ emēdandi cā magiſtri. Nec ūo alienum ē:ad ea eligēda q̄ dubitatōnē afferūt:ad doctos hoīes vel ēt uſu pitos:ꝫ qd his de vno quoqꝫ genere officii placeat exquirere.

ſ r

¶ Maior enim pars/rō quare dēm⁹ vti cōsilio prudentū/qm̄ maior pars hominū sequit inclinatiōes naturales· Vnde opus est/ut prudētiores cō sulamus/ne sequentes aliquando id/ad quod natura inclinamur/errem⁹· aliqui tamē sunt/qui prauas nature inclinatiōes non sequunt/ ideo dixit maior pars· pauci enim habent talē prudentiā ꝛ mentis robur vt naturā emendent· Vir prudens nō defert aliquādo ad id/ad quod a natura deducit/que interdū vicio sa est ꝛ corrupta/ quā si sequeremur / discederem⁹ ab officio· quod forte nō cognoscit/ cū ad id inclinationes naturales hēam⁹/ ꝛ nihil pōt esse officiū/quod a bona natura discrepat Vnde Diogenes finem statuebat/ rōni rite obtemperare in eis eligendis/ que secundū naturam sunt· Chrysippus intelligit cōem ꝛ ꝓpriam humanitati naturaꝫ/cui cōgruere oporteat· Cleā tes cōem tm̄ naturā suscipit/quā sequi oporteat/cū ꝓpria interdū vicio sa sit ꝛ corrupta· Cōsulere igit dēm⁹ doctos virosꝛ vsu peritos/ne errem⁹.

Maior. n. pars eo fere deferri solet: quo a natura ipa deducit. In quibus vidē dum ē nō mō quid quisq; loquat: sz ēt quid quisq; sentiat: atq; etiā de qua causa quisq; sentiat. Vt. n. pictores ꝛ hi qui signa fabricant: ꝛ veri etiā poete suum quisq; opus a vulgo cōsiderari vult: ut si quid reprehēsum sit a pluribus id corrigat: hiq; secum ꝛ cum aliis quid in eo

¶ In quibus/rebus dubiis de quib⁹ doctos cōsulimus· ¶ Quid sentiat/ quid habeat in animo. multi. n. dicunt aliqd eē agendū/tamē aīo non ita sentiunt· Ideo cōsiderandū ē/quid quisq; nō mō loquat/sed ēt sentiat/ ne adulatiōibus ꝛ assentatiōibus ad prauas actiōes deducamur. ¶ De qua cā/qm̄ si de astrologia vult tibi iuris peritꝰ cōsulere/errabis cū eo/quippe astrologiā is nō callet/ ꝛ sic de similibus. Vnde oportet de aliqua re illos cōsulere/qui iudicare possunt/ ꝛ sciunt/ ꝛ ꝓbat cōparatione artificū nos de bere alioꝫ iudicio multa facere/ ꝛ malefacta emēdare· Apud grecos dicebatur· Quā quisq; norit artē/in hac se exerceat· Et ēt in illos ꝓuerbiū erat/q̄ id quod ignorarent/iudicabant· Supra crepidā iudicare nolito· ¶ Vt hi qui signa fabricāt/ ut sculptores/statuarii· signa dicunt opera expressa ꝛ sculpta/ut statue vasa anaglipta/ ꝛ alia signa q̄ extant. tabule solū picte sunt sine aliqua expressione formaꝫ· a signo dicit sigillū per diminutionē ¶ Veri poete/q̄ poeticā ipam optime callēt· ¶ A vulgo/ut faciebat Apelles autore Plinio/q̄ tabulas pictas trāseūtibus ꝓponebat/ipe post tabulas latēs intelligebat q̄ vicia reprehenderent a singulis/ut postea emēdaret. Sutor accedēs op⁹ notauit/ꝙ crepida pauciores āsas bēret/qđ vicio Apelles emēdauit. Et Syllius italicꝰ poeta insignis iudicia auditoꝫ sepenūero

recitatiõibus expertus ẽ. ¶ Secũ/intra se ꝙ loquẽdo cũ aliis/sic in ipis actionibus agendũ ẽ/ut alioꝝ iudicio vicia corrigant. Que uero more agũtur/de his nõ ẽ precipiendũ inquit Cicero. q̃ in ipis ciuitatibus instituta sunt/qm̃ patet õnibꝫ obseruanda ee/nec aliqs contra publicũ morẽ ciuitatis audere dẽt. ꝙ in hoc nõ dẽmus viros claros imitari/ qui diuina quadã scientia hoc cõsequebant/ut cõtra morẽ ciuitatis loqui possent. Instituta enim urbiuꝫ obseruari debent. Vnde dicit Seneca: Nõ conturbabit sapiens publicos mores/ nec populum in se nouitate vite cõuertet.

peccatum sit exquirunt. Sic aliorum iudicio permulta nobis facienda et non facienda: ꝙ imitanda ꝙ corrigenda sũt. Que vero more aguntur ꝙ institutis ciuilibus: de his nihil est precipiendum. ¶ Illa enim ipsa p̃cepta sunt: nec quẽq̃ hoc errore duci opꝫ: ut si quid Socrates aut Aristippꝰ cõtra morẽ ꝛsuetudinẽq̃ ciuilem fecerint locutiue sint: idem sibi

¶ More: cõsuetudine. ¶ Institutis/ instituta ut dictum est/sunt quedam moribus q̃ legibꝫ ad honestatem ducũt. ¶ Mores ẽt in hoĩe sunt qualitates animi appetitiui: ꝙ magis attingũt naturam q̃ consuetudo/ ꝙ mos est lex non scripta. ¶ Ciuilibus/alicuius ciuitatis. ¶ Illa ipa/ instituta ꝙ mores sunt quedam precepta/ que ab omnibus obseruari debent/ ergo de his non opus est precipere. ¶ Socrates: Pbauorinus autore Laertio dicit: Accusauit Melitus Socratem Sophroniſci filium/ q̃ iura violaret quos ex maiorum instituto suscepit ciuitas deos esse non existimans alia noua demonia inducens/contra ius itẽ ꝙ fas iuuenes corrumpens. Damnatus igitur fuit Socrates/q̃ nouam religionem induceret contra uetus ciuitatis athenarum institutum. Cato censorius autore Plutarcho Socratem loquacem ꝙ violentum hominẽ appellabat/ qui cum in patria sua plus posse affectaret/ q̃ leges paterentur/ priscos mores et veteres consuetudines antiquare ciuesq̃ suos ad contrarias priscis institutis opiniones traducere molitus est. Aristippus Socratis discipulus cyrenaicus primus Socraticorum mercedẽ doctrine exegit: ꝙ questu phylosophatus est/ ꝙ voluptati patronuꝫ se prestitit contra morem veterem. posuit enim summum bonum in voluptate/ que maxime sensum moueret. ꝙ a suo preceptore Socrate descuit/qui in virtute summum bonum statuerat. Cum obiceretur Aristippo/ q̃ Laidem meretricem haberet/respondit/hoc melius est q̃ q̃ illa me habeat. ¶ Contra morem/ consuetudinem/quoniam Socrates nouam religionẽ introducebat contra mores ꝙ instituta ciuitatis/ ꝙ Aristippus voluptati omnia tribuebat/ ꝙ que stui philosophiam habere cepit/ ꝙ eius domum meretrices frequentabant.

¶ Diuinis bonis/summa doctrina que est diuinū quoddā bonū. Interro gatus Aristippus quid interesset inter doctū ⁊ indoctum/respondit/ Mitte vtrūq; ad loca ignota/⁊ cognosces ¶ Cynicoꝝ rō: Refellit rōem cynico rum ⁊ vite institutū/qui volebant/ut ōnia fierent ad libidinē/id ē secūdū appetitum/⁊ nullam verecundie habebāt rōem/qua neglecta ⁊ remota nil quod hominis prestantiā deceat fieri pōt/nec pōt aliquid esse honestū qđ vacet pudore. Apollo dorus tñ in moralibus dicit cynicā sectā ee validaꝝ ⁊ celerez ad virtu tem viā. hāc sectaꝝ stoi ci volunt sapiētes am plecti a quibus Cicero dissentit agens verecun die partes/sine q̄ nihil cuꝝ laude virtutis ⁊ bo nestatis fieri poterit.

arbitret licere. magnis illi ⁊ diuinis bo nis hanc licentiā consequebant: Cynico rum uero rō tota est eiiciēda. Est. n. ini mica verecundie: sine qua nihil rectuꝝ ee pōt/nihil honestū. Eos aūt quoꝝ vi ta perspecta in rebus honestis atq; mag nis ē: bene de repu. sentiētes: ac beneme ritos aut merentes aliquo honore ⁊ im perio affectos: obseruare ⁊ colere dēmus tribuere etiam multum senectuti: cedere his qui magistratum habebunt: habere delectum ciuis ⁊ peregrini: in ipo quoq; peregrino ꝑuatiꝝ ne an publice uenerit.

¶ Eos autē/ supradic ta inq̄t sine cōsultatio ne obseruare debemus/ ⁊ illos colere qui ꝓbatissimi sunt/et sic precipit quibus adherere debeamus/⁊ ipoꝝ cōsilio niti. ¶ Perspecta/cognita ꝓter res gestas cū virtute. ¶ Magnis/ quas ipi gesserunt/ut magnanimi. ¶ Bene sentientes/bonā habentes men tem erga rēp. nō affectātes tyrānidē ⁊ seditiōes ab illis fugere debem⁹/ q̄ nō studeant cōi libertati ⁊ utilitati ¶ Ac benemeritos/q̄ ꝓ repu. multa fece runt imperiū auxere ⁊ benemeriti sunt. ¶ Aut merentes/impresentia aliq̄d ꝓ re facientes. ¶ Aliquo honore/magistratu. ¶ Aut aliquo/alio insigni. ¶ Aut imperio/ut illi qui ꝓsunt exercitui militie ⁊ urbib⁹. obseruare ē q̄daꝝ admiratione aliquē virtute preditū uenerari. colere ē pluscq̄ obseruare: hoc enim ē tm̄ ad hoies/colere ēt ad deos. ergo obseruamus/ vt hoiem/colimus ut deū siue diuū hoiem/ut lacones dicere cōsueuerunt/ cū aliquez summis laudibus celebrare volebāt. ¶ Multū tribuere/magnā hēre rōem senectu tis. i. ipos senes valde obseruare debem⁹ ⁊ venerari. ¶ Habere delectū/face re drām inter ciuē ⁊ peregrinū/⁊ vnicuiq; id qđ illi debet tribuere. ¶ In ipo quoq; peregrino/dēmus sez hēre delectū. ¶ Priuatim ne/cā sua an pu blica venerit. ¶ An publice/an noīe principū ⁊ alicuiꝰ reip. missus sit/ vt

sunt oratores principũ/qui publicã personã referũt. Vnde maior illis debetur honor/q̃ his peregrinis qui sua cã venerunt / ⁊ in aliena ciuitate peregrinant. ¶ Ad summã/concludit Cicero nos dẽre cõem humani generis cõsociationẽ colere ⁊ tueri/⁊ sic apparebit iusticia/que ẽ ad cõseruationez generis humani. ¶ Ad summã/deniq̃ cãdem/ne de singulis disputem/q̃m nimis ꝓducerẽ orõ. ¶ Ne agam/ne disputẽ. ¶ Cõsociationẽ/ut homines inter se ineãt societates duce natura curãdũ ẽ/q̃m hõ est animal sociabile/⁊ societas in mutuis officiis colenda ẽ/ut ultro citroq̃ collatis beneficiis hũana societas cõseruetur. ¶ Colere/amare. ¶ Tueri/defendere ⁊ conseruare/si iusti esse volumus / et de humana natura hũme reri.

Ad summã ne agã de singulis/cõem toti⁹ generis hũani hoim cõciliatiõem ⁊ ɔsociationez colere: tueri seruare dẽm⁹.

¶ De questibus artibusq̃ honestis ⁊ i

Am de artificiis (honestis. et questibus q liberales habendi: qui sordidi sint: hoc fere accepim⁹. ¶Primũ improbant hi quest⁹ q in odia hominuz incurrunt: ut portitorum: vt feneratorũ. ¶Illiberales ãt ⁊ sordidi questus mercẽnariorum omniuz:

Am de artificiis / Vult Cicero transitione/et captat attentionem / proponens se dicturuz de artificiis ⁊ questibus/qui sunt liberales/quiq̃ sordidi ⁊ indigni homine libero. ¶ Questibus/lucris ⁊ artificio lucrande pecunie. ¶ Liberales: digni libero hoĩe ⁊ ingenuo. ¶ Sordidi/illiberales ⁊ auari. ¶ Hoc accepimus: intelleximus hoc eẽ dcm̃ a maioribus. Fere dicit/ut vtaĩ medio critate/forte plura acceperat/ sed non erat opus õnia recensere. ¶ Qui in odia incurrũt/q̃m odio habeãt vsura/cũ sit contra naturã/ut dcm̃ ẽ/q̃m nũmus nummũ parit. ¶ Vt portitoz: ¶Portitores dicunt qui portus custodiunt/exiguntq̃ vectigal ⁊ portoria. portꝰ (vt est in libris digestoz) appellatus est conclusus locus/quo important merces ⁊ inde exportant: eaq̃ nihilominus statio ẽ cõclusa ⁊ munita: inde angiportuz dicimus. ¶ Illiberales/indigni hoĩe libero. Sordidi questus dicunt illi in quibus comparãdis necesse ẽ/ut manus sordeant. ⁊ hoc ẽt referãt ad aĩm. sordidiq̃ dicunt auari/q̃ parati sunt ad mẽtiendum ut aliq̃d lucrent. ¶Inde sordes dici pñt parua lucra cũ alterius iniuria quesita ⁊ extorta. Cicero in epistolis: Sordicies tuas nouim⁹ in ꝓuincia. i. minima furta ⁊ extorsiones factas ꝓuincialib⁹ ꝓpter auariciã. ¶ Mercẽnariorum omniũ: ¶Plato in .ii. de repu. distinguens hominũ genera dicit: Ministri in urbe qui ingenio nõ valẽt/nec utiles sunt ad cõsilium/⁊ valent viribus corporis ad tolerãdos labores/q̃s

vires ad aliquod opus peragendū vendūt qđ preciū mercedē appellant mercēnarii rite appellant. Institores vero dicunt ministri emptionū vēditionumq; in foro. Cauponatē vero peragrantes mercatores appellant. Nec Plato: Justinianus ām dicit institores illos vocari/ qui negociatiōibus p ponunt. Vlpianus ait li. xiii. digestoz de institoria actione: Institor appellatus ex eo/ q negocio gerendo instat/nec multū facit/tabernē sit prepositꝰ/aut cuilibet alii negociationi. quicūq; igitur negocio prepositus sit / institor appellat. Labeo ait/ eos etiaz institores dicendos placuit/quibus vestiarii vel lintearii dant vestez circūferendā et distrahendaz/quos vulgo circitatores appellamus/ sed etiā muliones quis ꝓprie institores appellet. Lydi autore Herodoto li. ii. primi aureū argenteūq; nūmū percusserunt/ et primi caupones institoresq; fuere.

quoz ope nō quoz artes emūt. Est. n. ī illis ipa merces autoramētū fuitutis.

Quoz mercēnarioz. Opere/labores et operatiōes corporis/cū nō valeant ingemo et cōsilio. Nō artes/ingenia/qm tales nō valent ingenio et cōsilio/ideo ipoz labores emunt. Ars ē principiū rerum efficiendaz/ mercēnarii operas suas vendunt/nō artes. Est eniz/rō qz questus mercēnariorum nō cōueniunt libero homini/qm sunt seruiles. mercede. n. conducūtur/ut aliqđ opus faciāt/et alicui in opera prestanda seruiāt/ habent tamē plus autoritatis et priuilegii/q̄ habeāt serui. nō decet igit libez hoiem esse mercēnariū/qm versat in actu seruili/licet ipa merces efficiat: ut nō possit dici plane seruus. Ipa merces/preciū quod accipiunt ꝓ sua opera/quā vēdunt. Autoramentū seruitutis/quodā priuilegiū et autoritas seruitat. Illa. n. merces efficit/ut maioris sit autoritatis q̄ seruꝰ/ licet uterq; seruiat/tamen ille cōductus mercede magis autoratus videt. nō enim tenet ad operā suam prestandā/nisi det merces. serui ām in ptāte dominoz sunt/ quae potestas iuris gentiū ē. nam apud ōnes gentes dominis in seruos vite necisq;/si cā fuerit necādi potestas ē. et quicqđ per seruum acquirit/ domino acquirit. Serui ex eo appellati inquit Justinianus/ q imperatores iubent captiuos vendere/ac per hoc seruare/nec occidere soliti/qui ēt mancipia dicunt eo q ab hostibꝰ manu capiunt: Seruitia primi inuenere lacedemonii. Serui aut nascunt/aut fiunt. Nascunt ex ācillis nostris/ fiunt aūt ex iure gentiū. i. ex captiuitate. et seruitus est cōstitutio iuris gentiū/qua quis dominо alieno cōtra naturā subiicit. fiunt ēt serui de iure ciuili/cum bō liber maior. xx. ānis ad participandū preciuz sese venūdari passus est. Autoramentum dicit priuilegiuz/quo milites gaudēt. Milites. n. q̄uis habeāt patres/tamen de bonis castrensibus testari possunt/nec debēt vocari in ius extra castra. plura alia priuilegia habent/que a iurisconsultis describūtur. Istud igit est autoramentū militie/ et autoratꝰ qui hoc ꝓuilegio gaudebat.

exautoratus aũt qui militie cõmodis priuabat. ⁊ exautorare ẽ ducem ab imperio suo remouere/ aut militez missum facere/ ⁊ priuare autoramento. Philippus rex inquit Seneca/ hoiem venalis anime crebris autoramentis accendebat. Et alibi ad finem operis magno autoramento labor peruenit. Et alibi/ nullũ sine autoramẽto malũ ẽ. auaricia pecuniã pmittit. Et alibi Autoramenta sunt seruitutũ auꝝ ⁊ argentũ. Merces igit in ipis mercẽnariis ẽ autoramentũ seruitutis/ qm̃ mercẽnarii paꝝ distant a seruis/ sz ipa merces facit/ ut eoꝝ seruitus habeat autoramentũ/ ⁊ sit aliqñ maior cõditiõe eoꝝ/ q̃ sunt plane serui. q̃stus igit mercẽnarioꝝ/ cum sint seruiles homine libero idigni sunt. Chrysippus dicebat seruũ eẽ perpetuũ mercẽnariuz.

Sordidi ẽt putant: q mercant a mercatoribus. quod statiz vẽdant. Nihil. n. pficiunt: nisi admõm mentiant. Nec uero quicq̃ est turpius vanitate. Opifices q̃ oẽs i sordida arte uersant. Nec vo quicq̃ igenuũ põt hẽre officia. mimeq̃ artes pbande. que ministre sunt voluptatũ/ Cetarii/ lanii/ coci/ farctores/ piscatores/ ut ait Terẽtiꝰ: Adde his si placet vnguentarios saltatores: totuzq̃ ludũ talariũ. Quibus ãt artibꝰ aut prudẽtia

Sordidi/ignominiosi. Qui mercantur/ emũt/ ⁊ hi sunt institores de quibus dictũ ẽ. Nihil pficiunt/ nihil lucrant nisi mentiant se magno precio emisse ⁊ plꝰ equo laudent id qd̃ vendũt. Mali viri ẽ mentiri imprudẽtis mendaciũ dicere. Vnde institores turpissimi sunt qz mentiunt. nihil ẽ. n. turpius vanitate. i. mendacio. Opifices qui faciunt aliquod opus vt fabri sutores ⁊ similes. Sordida/ignominiosa ⁊ indigna libero homine. Ingenuũ/ingenuo hoie dignũ. Ingenuitas vt inq̃t Aristoteles/ est virtus generis. non põt inquit aliquid fieri in officina/ qd̃ deceat igenuũ hoiem ⁊ libez. Officina ẽ ubi opera fiunt: Taberna ubi res ipe vendunt Que sunt ministre voluptatũ/ q̃ seruiũt voluptati ipiꝰ corporis/ q̃ vituperat/ ⁊ indigna est hominis prestãtia. Cetarii sunt q̃ vẽdũt pisces: Lanii qui uendũt carnes: a laniãdo/ qm̃ laniãt animalia. Farctores dicunt illi/ qui faciũt farcimina ut sunt lucanice/ ⁊ cetera que sunt farcta. i. repleta aliquibus cõdimentis/ vt ouis caseo ⁊ similibus. ut ait Terentiꝰ: in comedia q̃ inscribit eunuchꝰ. Vnguẽtarios/ qui vendũt vnguẽta ad delitias ⁊ luxũ. Saltatores/ qui docent alios saltare. Ludũ talariũ/ artẽ ludẽdi cũ talis. Quibus ãt artibꝰ/ nũc de artibꝰ honestis dat precepta/ q̃ plus ingenii habent q̃z laboris. Maior prudẽtia/ q̃z in supradictis/ qm̃ in illis requirit plus laboris ipiꝰ corporis/ in his plus prudẽtie/ ⁊ quibus ineſt maior utilitas.

Seruiles aõm artes sunt/ in q̃bus plurimũ cõterit corpus/ut remiga
tio. Aõm ignobiles/in q̃bus minimũ requirit virtutis ⁊ ingenii/ut fossi
ones agroꝝ vineaꝝq̃. Ille ãt artes in quibus plꝰ ẽ prudentie q̃ laboris
aut magna utilitas citra tamẽ iniuriã aliorꝝ/honeste sunt/sed tamẽ nõ õni
bus cõueniunt. ¶ Nõ mediocris/magna. ¶ Vt medicina/q̃ multum inge
nii ⁊ cõtẽplatiõis requirit ⁊ ẽt exercitatiõis ¶ Architectura/Architectus
is dicit/ qui preest edi
ficiis faciũdis:⁊ illa de
signat/ ingeniuzq̃ exer
cet ⁊ prudentiã/q̃ inter
virtutes morales subit
rationeꝝ architecture.
¶ Doctrina reꝝ bone
staꝝ/ quã possumꝰ cuꝝ
laude exercere/ et alios
in liberalibꝰ disciplinis
instituere. Nõ ẽ igit de
decus (ut quidam cala
mistris inusti ⁊ vnguẽ
tis obliti putãt) alios

maior ineſt: aut nõ mediocris vtilitas
querit: ut medicina: architectura vt do
ctrina reꝝ honestaꝝ: he sunt his: quoꝝ
ordini cõueniũt honeste. Mercatura ãt
si tenuis ẽ sordida putãda est. sin mag
na ⁊ copiosa: multa vndiq̃ apportãs:
multisq̃ sine uanitate impartiẽs: nõ est
aõm vituperanda. Atq̃ ẽt si satiata q̃
stu: uel contenta potiꝰ: ut sepe ex alto in

eruditre/ĩmo gloriosuꝝ/⁊ hoc bñficiũ ita magnũ ẽ/ut maiꝰ cõferri nõpossit
¶ Quoꝝ ordini cõueniunt/ qꝛ non decet pncipẽ in sua ciuitate meteri/aut
eẽ architectũ/aut publice iuuenes eruditre/ sꝫ quisq̃ eas artes dẽt exercere
q̃ suo ordini dignitatiq̃ cõueniũt. q̃uis. n. artes ipe honeste sint/tñ nõ õni
bus cõueniũt/⁊ maxime ipaꝝ exercitatiões. habitꝰ. n. bonaꝝ artiũ ornãt
aĩm habẽtis ¶ Hec artes sunt illis honeste quoꝝ ordini cõueniunt. ordines
sunt in repu. ut ordo senatorꝰ equestris ⁊ ordo accipit ꝑ ipis hominibꝰ
aliqñ. q̃ sunt illius conditõnis. Vnde in hoc ordine inquit alibi. i. in sena
tu. ⁊ gratiosus apud õnis ordines. i. apud oĩm ordinũ hoĩes. ¶ Honeste
id est cuꝝ laude possunt exerceri/ qm̃ nõ sunt sordide ⁊ illiberales quippe in
ipis plus est prudentie ⁊ ingenii q̃ laboris ⁊ viriũ corporis. ¶ Mercatu
ra aũt/nunc determinat de ipa mercatura/q̃ nõ aõm uituperat/si mag
na ẽ ⁊ copiosa sine mendacio/⁊ dẽt tãdem canere receptui/⁊ questu satiata
quiescere/ne insatiabilis auaricia potius videat/q̃ mercatura/⁊ quẽaõmo
dum ex mari se in portũ recipit sic ex ipo portu dẽt se cõferre ad agros et
q̃escere ¶ Tenuis/paucaꝝ mercium. ¶ Sordida/ignominiosa ⁊ indigna
hoĩe libero. ¶ Magna/copiosaꝝ merciũ ⁊ reꝝ ¶ Vndiq̃/ex õni loco/qm̃
mercatores negociatoresq̃ vndiq̃ vagant. ¶ Impartiens/cõicans/tribu
ens multis ipas merces. i. vendẽs sine mẽdacio/ut nõ decipiant ẽptores.
¶ Questu/lucro iã facto. ¶ Satiata/ q̃tũ ad appetitũ. nã cõtentus cũ rõe
dicit. ergo illa mercatura/q̃ aliqñ finẽ cupiditatibꝰ ponit ⁊ q̃stui otenta

iã parto/nõ vituperat'/qm̃ adhibet cupiditati rõnis moderationẽ. ¶ Ex alto/mari. ¶ In agros possessionesq̃/sub possessione caduũt agri. Cãpus est planities terre ãpla ꝛ grandis. Inde spaciose platee cãpi nomẽ habẽt. Ager significat urbi circũiectum territoriũ ꝛ locũ quẽ colim9 siue arando: siue cõserendo. Ager qui serit' aruũ nominat'. ꝛ ager includit flumina lac9 ꝛ cetera õnia. ¶ Cõtulerit/iuerit ad agros emendos colẽdosq̃/ut domesticos alere possit. ¶ Omnium aũt rex: Laudat Cicero agriculturaz/ q̃ apud antiques in magno honore erat: ꝛ ille cẽsebat' maximus/qui bonus miles bonusq̃ agricola dici poterat/ et inde cognoĩa/Cicerones/ Pisones/ Lentuli/ Fabii/ ꝛ alia eiusdem generis. ¶ Uberius/copiosi9. ¶ Dulci9/iucũdi9 ꝛ quod magis libero hõi cõueniat. ẽ. n. sine fraude: ꝛ cõem parentẽ colere regiũ ẽ. Hũc boni agricole ex quoz sudore viuit'/ab effeminatis hominibus irridet'/ quoz manus callose optimis illis tẽporibus in honore erãt/ ꝛ senatores arabãt. Unde parens terra vomere laureato, pscissa ꝛ exculta exuberabat/ ut optimis filiis alimenta preberet. ¶ In Catone maiore/ in libello de senectute/ubi introducit Catonẽ censoriũ de agricultura ꝛ uoluptate agricolaz loquẽtez: qm̃ ipe Cato ortus in Tusculo municipio priusq̃ honoribus inseruire cepisset/uersatus est in sabinia/ubi prediũ a patre relictũ habebat. Venio inquit ad voluptates agricolaz/quib9 ego incredibiliter delector q̃ nec ulla ãpediunt' senectute/ ꝛ mihi ad sapiẽtis vitaz, pxime videnť accedere. hñt. n. rõem cũ terra/ q̃ nunq̃ recusat imperiuz/nec unq̃ sine usura reddit qd̃ accepit/sed alias minore/plerũq̃ maiore cũ fenore. Quãq̃ nõ mõ fructus q̃ dem me/sed etiã ipius terre vis ac natura delectat.

portũ: ex ipo portu se in agros possessiones q̃ contulerit: uidet' iure optimo posse laudari. Omniuz aũt rez ex quib9 aliqd exquirit': nihil ẽ agricultura melius: nil uberi9: nil dulci9: nil hoĩe libero digni9 De q̃ qm̃ i Catone maiore satis multa dixim9: illic assumes q̃ ad hũc locuz pti

Cõpatio duoz ho (nebũt. Ed ab his (nestoz inter se

Ed ab his partibus: Hactenus de honesto partib nsq̃ eius ꝛ officiis inde manantibus sufficienter disputauit. superest/ut, pposuit de comparatione honestoz inter se differere/ut duobus, ppositis honestis/ utrũ sit honestius cognoscat'. quod Panetius pretermisit. Sed ille tanq̃ stoic9 nõ est carpẽdus/qm̃ honesta ꝛ vicia apud stoicos nõ suscipiunt gradus. Stoici. n. ut dcm̃ est/ existimabãt peccata eẽ paria/ut ait Chrysipp9 in. iiii. naturaliũ questionuz/ ꝛ Perseus ꝛ Zeno. Heraclides vero Tarsensis Antipatri tarsensis necessarius/atq̃ Athenodorus imparia peccata dixerunt.

¶Placebat stoicis nullū mediū eē inter virtutē ⁊ viciū. ¶Peripateticis ⁊ academicis contra inter virtutem ⁊ vicia progressionē ad virtutes statuentibus. Vnde Cicero transitione repetēs ea que dicā sunt/ ⁊ apponens quid dicturus sit/ attentionē captat. ¶Partibus honestatis/ quattuor virtutib⁹ principalibus/ in quas honesti natura diuidit/ a quib⁹ virtutib⁹ officia ducunt. ¶Satis expositū: Videor satis exposuisse inquit/ quēadmodū officia ducant a singulis partibus honesti.

¶Cōparatio/ ut cōparent inter se ea que honesta sunt/ ut utrum sit honestius/ appareat/ et utrum potius agendū sit tanq̄ honesti⁹ ⁊ laudabilius. Hunc locum ¶Panetius pretemisit/ qm̄ putauit ex disciplina stoicoꝝ non oportere facere cōparationem inter duo honesta/ utꝝ eēt honesti⁹/ qm̄ ipi nō dabāt grad⁹ in honesto ⁊ nolebāt ut vno honesto aliquid honesti⁹ inueniret. ¶Nam cuꝝ / ratio quare pōt imcidere talis contentio ⁊ comparatio. ¶Vna sit cognitionis/ ⁊ hec est prudentia/ que in veri cognitione uersatur. ¶Altera cōmunitatis/ hec est iusticia/ que est ad communem societatem tuendam. ¶Magnanimitatis/ de qua habuimus ⁊ etiam fortitudine. ¶Moderatōnis/ temperantie. de qua postremo loco disputatū est. ¶De partes honestatis/ cum volumus deligere officium/ ⁊ utrum tanq̄ honestius agendum sit/ necesse ē ut actiones studiose inuicem comparentur/ ut videatur que sit potior/ ⁊ honestior/ aliisq̄ preponenda. ¶Placet ergo/ Facit comparationem inter prudentiam siue rerum occultarum contemplationem/ ⁊ ipam iusticiā/ dicitq̄ vtiliora esse humane societati officia que manant a iusticia/ q̄ ea que a cognitione rerum/ quoniam illa sunt magis cōmunia/ ⁊ bonum tanto est melius q̄to cōmunius. ¶Placet/ ita statuo ⁊ iudico iusticiam magis conducere hominibus q̄ rerum cognitionem. qđ probat argumento sumpto a natura/ que nil solitarium amat. ¶Aptiora/ magis conuenire atq̄ vtiliora esse. ¶Nature/ humane cui omnia officia coniungi debent. ¶Vt/ ita esse ut dixi potest probari hoc argumento/ quod a natura sumitur. Argumentum est ratio probationem prestans/ ut

partib⁹ que sunt honestatis: quēadmodum officia ducerent: satis expositū videtur. Eoꝝ autē ipoꝝ que honesta sunt potest incidere sepe contētio ⁊ cōparatio de duob⁹ honestis: utꝝ honestius. Qui locus a ¶Panetio ē pretermissus. Nā cū ōnis honestas manet a partib⁹ q̄ttuor: quaꝝ vna sit cognitionis: altera cōmunitatis: tercia magnanimitatis: quarta moderatōnis: he in deligendo officio inter se cōparent necesse est. ¶Placet ergo aptiora eē nature ea officia: q̄ ex cōitate

in hoc loco. Argumentū etiā dicit omnis ad scribēdum distincta materia.
¶ Ea vita/ in eo genere vite sapiens verset/ vt ditet omnibus rebus.
¶ Cognitione digna/ut deū glorioſum ꝙ ſubſtantias a materia ſeparatas penitus celum ipm/ꝙ ea ōnia que ſunt cognitiōe digniſſima pertinētq; ad ſcientia naturalem/mathematicas/ꝙ ſupernaturalez/ꝙ ea que pertinent ad bene beateq; viuendū. ¶ Excedet e vita/moriet/ qm̄ hō ē natura cōgregabilis. ¶ Princepſq; ōnium virtutuz/ philoſophia ꝑma ſui diuiſione diuidit ī duas partes actiuā et cōtemplatiuaz. actiua habet ethicam economicā et politicam. Contemplatiua uero/ phyſicā ſcientias mathēaticas metaphyſicam. Quinq; ſunt habitus animi intellectiui Ars/que ē principium rez efficiendaz. Intellectus/qui ē principioz. Scientia/q̄ eſt concluſionū. Sapientia/que ē de ſubſtantiis a materia ſeparatis/ꝙ ſcientiā ꝙ intellectū cōplectit. Prudētia que eſt principum rerum agendaz/naz habitus eſt agendi circa humana bona vera rectaq; cum rōne. Triplex eſt mens. Vna principium rerū efficiendarum/in qua collocant omnes artes mechanice. Alia eſt principium rerum agendaz/in qua collocat prudentia cum tota ſupellectili ſua/ut eſt calliditas/malicia/uafritas/verſutia/ꝙ ſimilia. Alia eſt mens principium contemplandi/que eſt preſtabiliſſima/ꝙ habet tres habitus/intellectū ſciētiam ꝙ ſapientiam/que dicit prima philoſophia. Sapientia eſt primus et preſtabiliſſimus habit9. Secūdus eſt prudentia/ ꝙ qui rez naturā cōtemplant ꝙ deum preſtabiliſſimi q̄tū ad ſeipos ſunt/ꝙ diuinā naturaz quodā modo attingentes/diuini boīes habendi ſunt. obiectū. n. ſapientie ē ipe de9 Sed iuſticia qua cōitas humani generis cōſeruat/hominib9 vtilior eſt. ergo officia q̄ a iuſticia manant ſunt anteponenda officiis cōtemplatiōis ꝙ cognitionis rez naturaliū ꝙ ſupernaturaliū. ¶ Dā bonū ut dixi/tanto eſt laudabilius/q̄to cōmunius/ut ē ipa iuſticia. ¶ Princeps/preſtantiſſima ōnium rōe obiecti/quod eſt nobiliſſimuz/deus ſez glorioſ9. ¶ Sapiētia/q̄ ꝙ theologia dicit/a grecis ſophia appellat/ꝙ ſophi ſapiētes. Vñ philoſophi ſtudioſi ſapientie. quod nomē Pythagoras inuenit. Dā interrogatus a Leonte/an eſſet ſophus/reſpondit ſe non eſſe ſophum/ſed philoſophum. ¶ Prudentiā enim/ponit differentiā que eſt inter ſapientiā ꝙ prudentiā.

ꝙ ea que ex cognitiōe ducant. Idq; hoc argumento cōfirmari pōt. Quod ſi contigerit ea vita ſapienti: vt ōnium reruz affluētib9 copiis ditet: q̄uis ea q̄ cognitione digna ſunt: ſūmo ocio ſecū ipe cōſideret ꝙ ꝺtemplet. Tñ ſi ſolitudo tāta ſit ut hoīez videre nō poſſit. excedet e vita ꝑncepſq; oīm virtutuz ē illa ſapientia: quā greci vocant. Prudētia. n.

¶ Que est scientia rez: habitus agendi circa humana bona recta cuz rõne ⁊ sapientia uersat circa diuina ⁊ sempiterna/ prudentia uero circa humana/ut discernat que sint agenda ut utilia/⁊ nõ agenda ut cõtraria· ¶ Expetendaz/que bone sunt ⁊ expetibiles· Expetimus cũ rõne/quod ẽ munus prudentie· appetimus sine rõe/⁊ pertinz ad appetitũ sensitiuũ expertẽ rõis/ cui tamen subiicit/⁊ parere dẽt lege nature· Appetere etiã est aduẽtare/ut iam estas appetebat.

¶ Illa aũt/ vult Cice. sapientiã esse principez oĩm virtutũ ⁊ ad õnia sese extẽdere/qm̃ ẽ scientia omniũ reruz et diuinarum ⁊ humanaz/ et cõis est ⁊ vniuersalis/ et qui est sapiẽs ẽ prudens/ut largo mõ loquar/ sed nõ õnis prudẽs ẽ sapiẽs/ qm̃ prudẽtia versat circa humana solũ/sapiẽtia ãt circa humana ⁊ diuina· Et ido dicit Seneca: sapiẽtia ẽ nosse diuina ⁊ humana ⁊ boz cãs. Vñ cũ sit cõis/necesse ẽ officiũ eẽ maximũ/qđ abipa ducit: q̃ maxima ẽ ⁊ princeps oĩm. ⁊ cũ cõtẽplatio rez naturaliũ nõ sit perfecta sine aliqua rez actiõe/qm̃ hõ ad res duas natus ẽ: agendũ scz ⁊ cõtemplandũ: ⁊ si cognitio nature vult eẽ pfecta/necesse ẽ ut aliq̃d agat/actio ãt tũc maxime laudat cuz est ꝓ utilitate cõi ⁊ ꝓ boĩm societate tuenda nõ proꝓprio cõmodo: qđ cũ ita sit actio talis cognitioni rez anteponit/qm̃ vite humane utilior ẽ ⁊ accõmodatior/ cognitio ãt rez naturaliuz paucis ꝓdest/qm̃ nõ oẽs possunt philosophari. Ergo actio q̃ ẽ ad humanã societatẽ tuendã atq; vtilitatẽ/ anteponẽda ẽ cognitioni q̃ imꝑfecta est /cuz nõ agit aliquid. Vult igit Cicero sapiẽtiaz oĩa cõplecti/contẽplatiões· s· ⁊ actiões/⁊ id eẽ maximũ officiũ qđ facit sapiẽs cũ agit ⁊ exercet iusticiã ⁊ liberalitatẽ ꝓ utilitate cõi· Loquit tamẽ cõfuse/ qm̃ aliud obiicit sapiẽtie/aliud prudentie/ut copiose scribit Aristote. li. vi. moraliũ· Cicero more poti9 oratorio q̃ philosophico sapiẽtiã accipit õnibus cõem/cũ possint aliqui eẽ sapiẽtes/ut fuerunt oẽs phĩ ante Socratẽ/ prudẽtes ãt nõ/qm̃ humana nõ curabãt· Socrates primus e celo in terrã phĩam deuocauit/⁊ de malis bonisq; disputare cepit: celestia ãt paz humanis cõmodis cõferre dicebat· Vnde fons philosophoz habitus ẽ/qui etiã dicebat autore Aristotele omnis virtutes eẽ prudentias/quod non ꝓbat ipe Aristoteles/ sz dicit omnis virtutes esse cuz prudentia: ⁊ sic voluit corrigere uerba Socratis· Stoici quos Cicero imitat/sapientem appellabant virum perfectum/qui cũ aliquid agit circa res humanas: agit ut prudẽs: cum uero contemplat: ut sapiens· ¶ Scientia diuinaz/quoniam sapiẽtia cognoscit causas rerum humanarum ⁊ diuinaz/ergo vtriscz cõmunis est.

quã greci alĩã quandã itelligimꝰ que ẽ rez expetẽdaz fugiẽdazq; sciẽtia Illa autẽ sapiẽtia quã pricipẽ dixi: rez ẽ diuinaz atq; humanarũ scientia.

¶ In qua/scientia diuinaꝝ humanarũqꝫ reꝝ. ¶ Cõitas deoꝝ ꝫ hominũ/ q cõis est reb9 humanis ꝫ diuinis/ ꝫ sic sapiens cuꝫ sit perfectus/intelligit habere prudentiã/cui obicit rectitudo in rebus agendis. ¶ Deoꝝ/qm̃ de diis tractat/ut more gentium loquar/ꝫ de societate que ẽ inter ipos/cũ re vera nõ sit nisi vn9 deus/ qui ẽ causa effectrix ꝫ summũ bonũ/ꝫ homines sunt ipi effectus/ꝫ inter effectuꝫ ꝫ effectricẽ cãm est aliq cõitas/ꝫ boies debent deo pietatẽ tanqꝫ rectori ꝫ õniuꝫ opifici. cõtemplat ipse naturalis phũs ꝫ supernaturalis naturaꝫ cuiusqꝫ rei/ ꝫ cognoscit res per cãs suas. ¶ Ea/scientia diuinarum reruꝫ ꝫ humanaruꝫ. i. ipa sapientia. ¶ Vt est/scꝫ maxima/ qm̃ de maximis rebus ꝫ prestabilissimis tractat. si maxima ẽ inquit ipa sapientia/ officiuꝫ quod ab ipa ducetur/erit maximuꝫ. sed maxima est/ergo maximũ erit officium. ¶ A cõmunitate/a sapientia in qua continet cõmunitas deorũ ꝫ hominum. ¶ Et enim/ratio quare officium tale maximum est/quod sapiens prestat p utilitate cõmuni. ¶ Contemplatio nature/ipa sapientia cum solum contemplat/ꝫ nihil agit/qđ humane societati conducat/est qꝫ mãca ꝫ mutilata/qm̃ deest illi vnũ mẽbruꝫ/actio scꝫ:qm̃ ad vtrunqꝫ nati sum9. ergo ut sit perfecta/debet aliquid agere/quod maxime utile sit. hoc aũt ẽ exercere iusticiã/ꝫ humanam societatem tueri. ¶ Manca/quasi careat mẽbro aliquo. nam qui caret aliqua parte corporis/dicit mancus ꝫ potissimum manu sinistra. Vnde Juuenalis:tanqꝫ Mancus/ꝫ extincte corpus nõ utile dextre. mãcus dicit debilis. ¶ Atqꝫ inchoata/imperfecta/quoniã reqrit actionẽ. ¶ Et nulla reruꝫ actio/si nihil agat in rebus humanis ꝫ vita actiua/ꝫ solũmodo cõtemplet/mãca ꝫ imfecta est. ¶ Ea actio/quã prestare debet ipa sapientia. i. id quod ipe sapiens agere det/ut sit perfectũ officiũ: quod in solo cadit sapiente. ¶ Maxime cernit/cognoscit ꝫ demonstrat actio cõueniens ipi sapientie. ¶ Cõmodis tuendis/utilitate boim tuenda/ ut ꝓpulsare iniurias/õnibus adesse. Hec actio pertinet ad iusticiaꝝ/cui ãnexe sunt/equitas/liberalitas/magnificẽtia/ꝫ gratitudo/ꝫ sic actio iusticie que hominum commoda tuetur/humane societati utilior est qꝫ contemplatio/ que paucis prodest/illa uero multis/tribuendo cuiqꝫ quod suũ est/ꝫ de suo aliis impartiens. ¶ Agit cum hominuꝫ cõmoda tueat ad societatẽ humani

in qua continet deoꝝ ꝫ hominuꝫ cõmunitas ꝫ societas inter ipos. Ea si maxia est ut est: certe necesse est quod a cõmunitate ducatur officium id esse maximuꝫ. Et enim cognitio contemplatioqꝫ nature mãca quodãmõ atqꝫ ichoata sit: si actio nla reꝝ cõsequat. Ea vo actio i hominũ cõmodis tuendis maxime cernit

generis pertinet. quod cū ita sit/ut ꝓbatū ē/cognitiōi anteponit/tāq̄ vti lior ⁊ vniuersalior. ¶ Atq̄ id/actionē scz qua societas humana fouetur: cognitioni anteponendā eē. ¶ Optimus quisq̄/bene a natura institutus. ostendit id eē vez/⁊ ita iudicat/cum id faciat quod natura iubet/ut scilz cōem utilitatem cognitiōi anteponat. ¶ Quis enim/ꝓbat quō id optimꝰ quisq̄ iudicat. ¶ Aut metiri/hoc est q̄tum ad scientias mathematicas/que vere discunt/⁊ geometria corporum magnitudines metit. ¶ Dinumerare/hoc pertinet ad arithmeticā q̄ circa numeros versat. Astrologia dicit de rōe siderū. he scientie sunt in ꝓmo gradu certitudinis et Plato in libris de rep. vult / ut discantur qm̄ sunt firmissimi gradus ad alia cognitu difficilia. q̄uis inquit Cice. he scientie prestantissime sint tamen nemo eēt ita occupatus in ipsis: etiaz si posset mensurare totū mundū ⁊ numerare stellas: ut suaz contemplationē nō relinq̄ret/si acciperet patriaz calamitatibus laborare / qm̄ illius saluti studere dēmus. ¶ Atq̄ hoc idem/ut scz relinquat cōtemplationē/⁊ adsit parenti aut amico. ¶ Re/negocio. ¶ Quibꝰ rebus/affert conclusionē que ex supradictis sequit. Rebꝰ argumentis antedictis ⁊ exemplis. ¶ Officia/actōnes que manant a iustitia. ¶ Cua/hominū utilitate nihil dēt eē homini/si vere homo dici voluerit. ¶ Antiquius/id est carius ⁊ iucundius. ¶ Atq̄ illi: Cicero sumens argumentum ab autoritate prestantissimorum philosopborum/ostēdit quo modo hi etiam qui cognitioni ⁊ contemplationi rerum naturalium operaz dederunt/ab utilitate hominum ⁊ commodis non recessere/docendo scilicz alios/quo in republica essent iustiores ⁊ probat exēplo Patonis ⁊ Lysie.

Pertinz igit ad societatē generis humani: ergo hec cognitioni anteponenda ē. Atq̄ id optimus quisq̄ re ipsa ostendit ⁊ iudicat. Quis est.n. tam cupidus inꝑspicienda cognoscēdaq̄ rerū natura: ut si ei tractāti cōtemplantiq̄ res cognitione dignissimas: subito sit allatū periculuz discrimenq̄ patrie: cui subuenire opitulariq̄ possit: non illa omnia relinquat atq̄ abiiciat: etiam si dinumerare se stellas aut metiri mundi magnitudinem posse arbitrarēt. Atq̄ hoc idem inparētis: in amici re aut periculo fecerit. Quibꝰ rebꝰ itelligitur studiis officiisq̄ scientie preponenda eē officia iusticie: q̄ pertinēt ad hominū utilitatē: qua nihil homini dēt eē ātiquius. Atq̄ illi quoꝛū

¶ In cognitiõe rez/in contemplatiõe rez omniũ/tñ in ipa vita otempla tiua utilitates hominũ curauerunt ⁊ sic ab actiõe q̃ hominũ cõmodis cõsu lit non recesserunt. ¶ Quo/ut ¶ Meliores/iustiores. ¶ Thebanũ Epami nũdaz/de quo eiusq̃ doctrina dcm̃ est. hoc addet'/qđ scribit Emilius ⁊Pro bus dicens/eruditus est Epaminũdas/ sic ut nemo thebanus magis. Haz ⁊ citarizare ⁊ cantare ad cordaz sonum doctus est a Dionysio/qui nõ mi

studia vitaq̃ omnis in rerum cognitiõe versata est: tamen ab augẽdis hominũ vtilitatibus ⁊ cõmodis non recesserunt Hã ⁊ eruditre multos: quo meliores ciues utilioresq̃ ī rebꝰ suis publicis eẽnt ut Thebanũ Epaminũdam Lysias Pythagoreus: Syracusiuz Dionẽ Plato:

nore fuit ī musicis gloria/q̃ Damon/aut Lãpus/quoz peruulgata sunt nomina: Cantare tibiis ab Olympiodoro/saltare a Calliphrone. At philosobie p̃ceptorez habuit Lysiã tarentinũ pythagoreuz. cui quidez sic fuit dedi tus/vt adolescẽs tristẽ ac seuerum sine õnibus equalibus suis in fami liaritate anteposuerit: nec prius eum a se dimiserit/q̃ in doctrinis tãto ãte cessit condiscipulos/ut facile intelligi posset/pari mõ superaturũ õnes in ceteris artibus. ¶ Pythagoreus/qui pythagoricũ dogma sectabat'. Nam pythagoras fugiens patriã suã samũ a tyranno occupatã in italiã nauigauit/⁊ in illa ora italie/q̃ quõdam magna grecia dicebat'/ circa Heracleam Crotonẽ ⁊ Metapõtũ phãtꝰ ẽ/a quo italica phĩa p̃ncipiuz habuit. ¶ Syracusium Dionẽ/Dion frater fuit Aristomaches vxoris Dionysii tyrãni a quo maximus honor Dioni exhibebat'. Dionysius eodez tẽpe duas habuit uxores/Dorida locrensem: ⁊ Aristomachẽ syracusiã. ¶Plato in siciliam nauigans/ suis doctrinis Dionẽ adiunxit qui cum iuuenis õnis ¶Platonis discipulos ingenio ⁊ industria superans/ad obeũda etiã virtutis precepta sollertissimus ⁊ acutissimꝰ fuit pulsꝰ a Dionysio athenis in academia versatus ẽ. Inde sociis cõparatis in siciliã nauigãs/patriã suã syracusas asse ruit/qua liberata tãdem insidiis Calippi socii sui ꝓserpinaliũ die obtrũcatus ẽ domi/⁊ soror ⁊ uxor in carcerẽ cõiecte. Vxor illic pepit infantẽ. Cuz Dion e Corintho solueret/vt in siciliã trãsmitteret/ lune defectꝰ fuit. Dion bonũ dixit eẽ ostẽtuz / qm̃ tenebre volẽtibus aliq̃d occulte facere opportune sunt/⁊ sic animos alioz consternatos erexit. has rões a ¶Platone didicerat. Dion igit' eruditus a ¶Platone patriã liberauit/⁊ bonꝰ vir fuit. Epaminũdas etiã moriens patriã imperãtem reliquit/quã lacedemoniis seruientem acceperat ⁊ semel respondẽs Heneclide/qui Epaminũdam insectabat' dicebatq̃ illũ imitari Agamemnonẽ/dixit/q̃ aũt me Agamemnonẽ putas

emulari/Falleris·Hãq ille cũ vniuersa grecia vix decẽ annis vnã cepit vr
bem/ego cõtra vna urbe nostra totam greciã lacedemoniis fugatis libera
ui· ¶ Multi/alii philosophi multos eruditos claros viros. Aristoteles
eruditum Alexãdrũ. Panetius Scipionẽ clarissimũ imperatorẽ virũq; sin
gularem· ¶ Hosq; ipi: Hunc de seipo loquit Cicero· ¶ Quicqd attulim9/
quicqd fecimus p rep·quã e manibus coniuratoz eripui ¶ Si mõ/deut
tat arrogãtiã· ¶ A doc
toribus/ preceptorib9
q monumentis doctoz
viroz/qui in rerũ cog
nitione versati sunt/et
alios eruditos: qm mo
numẽta reliquerũt/qui
bus alios semp eruditẽt
Vñ scriptorib9 multuz
debemus/qui q viuẽtes
q posteros eruditunt·
¶ In pmo de natura deo
rum ait/q cum minime
videbamur/ tunc maxi
me philosophabamur·quod q orões declarant refercte philosophoz sentẽ
tijs/q doctissimoz hominũ familiaritates/quib9 semp domus nrã floruit·
Et principes illi Diodorus/ Philo/antiochus/ Posidonius/ a quibus in
stituti sumus· ¶ Doctrina instructi: In oratore ait. Ego aũt q me sepe no
ua videri dicere intelligo/cũ peruetera dicã/sed inaudita plerisq;/q fatear
me oratorẽ si mõ sum/aut quicũq; sum/nõ ex rhetoz officinis/sed ex Aca
demie spacijs extitisse. Illa enim sunt curricula multipliciuz variorũq; ser
monum/in quibus Platonis primũ impressa vestigia sunt· ¶ Ad eã/rem
pu. gubernãdam. doctrina inquit summorũ phõruz me instruxit ad has ac
tiones p rep·q ipe Cicero dũ gubernacula reip. teneret/ sex libros de rep.
cõposuit/q Cyri pediã/quã totã triuerat in illo cõsulatu exercuit· ¶ Mo
numentis/libris q preceptis/que ad bene beateq viuendũ scripta reliquere
ut posteritatẽ eruditẽt· ¶ Nec·n. pbat quõ etiã post mortẽ alios eruditũt.
¶ Ab his/philosophis qui in rerum cognitione versati sunt ¶ Ad leges/
qm scripserunt de legibus de moribus de repu. q nihil pretermiserunt/qd
humane vite p futuz eẽt· Scripserunt etiaz de natura animaliũ/de vegeta
bilibus/q plantis/de arte dicendi. Vnde dicit in libris de finib9/Omniuz
fere ciuitatũ nõ grecie solum/ sed etiã barbarie mores instituta disciplinas
ab Aristo. cognoscimus · Scripsit Aristoteles libros morales octo ad Eu
demum· Magnoz moraliũ duos/q ad Nicomachum filiũ decẽ· politicoz
octo· Mores·c.q·l viii· ciuitatũ/de iusticia quattuor/de gubernatiõe reip.

multiq; mltos. Hosq; ipi qcqd ad rẽp.
attulim9:si mõ aliqd attulim9:a docto
rib9 atq; doctrina instructi: ad eaz et or
nati accessimus. Neq; solũ viui: atq; p
sentes studiosos dicendi eruditunt atq;
docent: sed hoc idem etiam post mortez
monumentis litterarum assequuntur.
Nec enim locus vllus pretermissus est
ab his: qui ad leges qui ad mores qui

duos/de voluptate vnū/de summo bono tres/de Regia gubernatione libz vnū/de legib9 quattuor/de diuitiis ꝛ opulentia vnū/de precatōne ꝛ voto librum vnum/ad leges ꝑ Platonis libros tres/ad rempu. ꝑ Platonis libros duos/ꝛ multa alia scripsit q̄ longū eēt recēsere/quib9 monumētis posteritas eruditē/sic pōt ꝛ de ꝑ Platone dici. Hā bi duo in p̄mis claruerūt/quoz memorie multū dē m9/qm̄ ī mediū laborarūt. ¶ Ad disciplinā/ad optimōm ꝛ gubernatōez rei p ¶ Vt ociū suū: otēplatiōez cognitiōez rez in ocio qm̄ in vita otiosa vsabāt/ fmoti a negociis publicis ¶ Ad nr̄m negociū/ut ī ocio eoz viuētes nos agere ac negocia publica gerere docerēt/ qm̄ ipsi otiosi alios eruditūt ad agēdū. p̄cipiūt enim taz in domesticis q̄ publicis negociis / quid agendum sit ex officio. ¶ Ita/hoc mō in ocio viuentes ꝛ scribentes. ¶ Ad ōniuz utilitatez/ut ōnibus ꝓsint ea q̄ in ocio p̄scripserūt ¶ Ob eā etiaz causam/ affert aliam sententiā/ ut ostendat cōem vtilitatē preponendā eē/ ꝛ preponit eloquentiā philosophie/qm̄ pluribus ꝓdest mō sit cōiuncta prudentie. ¶ Ob eaz cām/qz maior vtilitas preponenda est. ¶ Eloqui copiose/habere copiosaz ꝛ vberem eloquentiam qua alios defendamus. ¶ Nō prudenter/aliter loquacitas inepta videret ꝛ cum vicio. ¶ Melius/prestabilius ꝛ vtilius q̄ acutissime contēplari sine eloquētia/qz contēplatio perspicax philosophoz ¶ In se ipa uertit/id ē illi ꝓdest/qui cogitatiōe aliqd cōtemplat/ꝛ cōminiscit/sz nō se extendit ad alios/eloquentia aūt pluribus ꝓdest/ꝛ illis qui nobis familiaritate cōiuncti sunt. audiunt. n. eloquentiam/ꝛ ipi eloquentes fiunt. ¶ Atq; ut apū examina/ꝓbat comparatiōe apū homines natura sociabiles debere eē sollertes ad humanā congregatiōem/et hoīem ab homine non debere alienū eē. Apes nō congregant ob hoc/ut fingant fauos ꝛ cōponāt/ sed cū sint cōgregabiles duce natura fingunt fauos/quoz cōpositio non ē ea/ut cōgregent/sz natura sic est in hominibus. ¶ Cōgregabilia/apta ad

ad disciplinam reipublice pertineret: ut ocium suum ad nostrum negocium contulisse videātur. Ita illi ipi doctrine studiis ꝛ sapientie dediti: ad hominuz vtilitatem suam prudentiā intelligentiāq; potissimum conferunt. Ob eam etiam causam eloqui copiose modo prudenter melius est: q̄z vel acutissime sine eloquētia cogitare: q cogitatio in seipa vertit. ¶ Eloquentia uero complectitur eos quibus cum communitate iuncti sumus. Atq; ut apum examina non fingendorum fauorū causa congregant: sed cum ogregabilia natura sint/ fingūt fauos:

congregationē ſuapte natura. ¶ Fingunt/cōponūt ꝛ formāt. ¶ Ac multo etiam magis/q̄ ſint apes. hec eſt ſentētia Ariſtotelis/qui in primo de rep. dicit/ex quo patet hominē eē animal ſociale/ꝛ quidez magis q̄ apes ꝛ ōne animal' gregarium. Vnde concludit oēm ciuitatē natura cōſtare/cū homo natura ciuile animal ſit. Ibi etiam dicit hominē ſolitariū aut deum eē aut beſtiā. hoc dixit/ut ſe Platoni opponeret/qui in .ii. de rep. ciuitatē non natura/ſed neceſſitate conſtare dixerat. Socrates enim ab eo introducꝫ inquit/ Neceſſitas ciuitatem condidit. Nā alter alteri auxiliat'/cum ſinguli nequaq̄ ſibi ipſis ſufficiant. Ex quo fit inquit/ vt multorum indigentes ſocios auxiliatoreſq̄ cōplurimos in vnum deducentes huic ipi vnitati nomen impo nant ciuitatis. Sed maximā indigētiam dicit futuram propter viuēdi facultatem ꝛ cibi comportationez /ſecundam habitationis/terciam veſtitus ꝛ ſimilium. Ariſtoteles dicit/ille qui eſt inciuilis propter naturā quam habet malam/ꝛ non propter fortunaz/q̄ ſcilicet e ciuitate pulſus ſit/aut pra uus eſt aut melior q̄ homo id eſt deus ¶ Natura congregati/cum ſint cō ſociati ꝛ coniuncti duce natura. debent adhibere diligentiam/ vt ſocietatez congregationemq̄ humanam tueantur/ꝛ ament/ꝛ ſic oſtendit humane cōgregationis naturam eſſe cauſam/ non aliam rem. natura enim produxit hominem/ ut eſſet animal ſociabile: Vnde humanam ſocietatem fugientes odio hominum (ut de Timone athenienſi dicitur) feram naturam habere videntur ꝛ ab omni humanitate penitus alienaz. ¶ Agendi/aliquid inter ipos poſtq̄ duce natura congregati ſunt. ¶ Sollertiam/diligentiam/vt congregatio ſeruetur mutuis officiis. ¶ Itaq̄ niſi ea virtus/concludit diligens/niſi iuſticia cum rerum contemplatione coniuncta ſit/non multuz ꝓdeſt ipa cognitio. ¶ Ea virtus/iuſticia que eſt ad hominum ſocietatem tuendam. ¶ Cognitionem rerum/contemplationem/ ꝛ illius officia qui inueri inueſtigatione verſatur. ¶ Niſi attingat/niſi illi coniungatur. ¶ Soliuaga/ſolitaria. ¶ Et ieiuna/parum vtilis generi humano. ¶ Itēq̄ magnitudo animi/ dicit nunc pari modo fortitudinem ꝛ magnanimitatē remota iuſticia eſſe quandam feritatem ꝛ immanitatem non virtutem/ut oſtendat iuſticiā ōnibus preferendam eē. Et Ariſtides qui ob ſummā equitatez iuſtus cognominatus ē/dixit eū quidem beatuz exiſtimāt q̄ eā vitā viuat/que cunctis ſeculis eadē ac immortalis futura ſit: ꝓpter ſummā uero potētiam nō poſſunt nō timere/at iuſticia cā ē cur amēt boīes bonorēt: colant.

ſic boīes ac multo ēt magis natura congregati/adhibēt augēdi ꝯgregādiq̄ ſollertiā. Itaq̄ niſi ea vtus q̄ cōſtat ex hōi bꝰ tuēdis. i. ex ſocietate generis hūani/ attingat reꝛ cognitiōez: ſoliuaga cognitio ꝛ ieiuna videat. Itēq̄ magnitudo aī

¶ Cõitate: iusticia/ id est nisi fortituo pugnet, p equitate ꝛ vtilitate cõi / erit quedã feritas q̃ est inhumana/ crudelitas ꝛ impetus ferax/ ꝛ sic imma nitas aliena ab õni humanitate. ¶ Ita fit/ affert cõclusionẽ/ que sequit ex predictis/ qm̃ nulla virtus laudat/ nisi exerceat, p equitate ꝛ cõi societate tuenda. ¶ Ita fit/ concludit. ¶ Consociatio/ virtus que pertinz ad hoim consociatiõem tuendã/ ꝛ cõmodum qõ facit ipa iusticia. ¶ Vincat/ supet/ pstabiliorq; sit. ¶ Hec verum est/ dissentit in hoc a suo ꝓ Platone Ci. q̃ dixit in. ii. de rep. ne cessitatem eẽ causaz humane congregatõnis ꝛ ciuitatis / ꝛ sequit Aristotelez/ qui huius congregationis cãm dixit eẽ naturam ¶ A q̃busdam/ ꝛ maxime a ꝓ Platone. ¶ Sine aliis/ aliorum opere. ¶ Desidera ret/ requireret ad vitaz degendam. ¶ Iccirco/ ob id ꝛ hac de cã. ¶ Si õnia nobis/ Facit argumentum/ quo ꝓ Platonis opinionẽ aliorũq; refellit. Querit igit Cice. an hõ daret se totũ cognitiõi ꝛ cõtemplatiõi/ si nihil ei deeẽt/ qõ ad vitã degendã pũneret/ ꝛ dicit q; nõ/ ĩmo fugeret solitudinẽ ꝛ sociũ studii sui q̃reret. Ita enim vult natura/ q̃ ut dixi/ nihil solitariũ amat. ¶ Ad victũ/ cibũ/ sed victus verbo (ut ẽ in libris digestoz) otinent que esui potui cultuiq; corpis ꝛ ea q̃ ad viuendũ hõi necessaria sunt. Vestẽ quoq; vicꝫ hẽre vicẽ Labeo ait ¶ Cultũ/ ornatũ ꝛ vestitũ. Cultus ẽ quicqd adhiberi põt ad curaz corporis ꝓter cibũ. ¶ Suppeditarent/ subministrarent e celo sine aliquo nrõ labore ¶ Quasi virgula diuina/ munere dei. ea dicũt dari virgula diuina q̃ nõ expetebam9. Et hoc erat ꝓuerbiũ apud antiquos/ ut virgula diuina dari dicerent ea/ q̃ nõ expetebant/ sed videbantur venire e celo/ vt quõdaz maioribus nostris mãna dabat a deo/ ꝛ ei9 erat saporis/ quez quisq; optabat. Vt nunc illud hẽremus: nõ eẽt opus: ut gulosi ꝛ mãducones cõditũ fictile ꝛ cocũ vilissimũ quõdam mãcipiũ tãti emerent/ nec pluris gula seuiẽs q̃ reliq̃ oĩa ostaret/ sz delicioſi ꝛ abdomini ſuiẽtes opib9 p fas ꝛ nefas cõparatis hãc virgulã diuinã sibi fecerũt/ sed vtinã in tanto luxu ꝛ reruz affluentia aliquã honestatis curã hẽrent/ nec voluptatẽ elegissent/ quã toto aio fouerent/ amarent/ ꝛ illius patrociniũ susciperent/ que vix digna est: ut

remota cõmunitate coniunctioneq; humana feritas fit quedã et immanitas. Ita fit ut vincat cognitionis studium consociatio hominuz atq; cõmunitas: Nec verũ est quod dicitur a quibusdaz propter necessitatem vite: quod ea que natura desideraret consequi sine aliis atq; efficere non possemus: iccirco istaz esse cum hominibus communitatem ꝛ societatem. Quod si õnia nobis que ad victũ cultũq; ptinẽt q̃si virgula diuina

